

Hermannī Trebelij Rotiani  
Poetae Laureati humano-  
res líteras in celeberr. & florētiss.

Achademia Frācophorden  
Si ad Oderam profitētis  
Epigrāmaton &  
carminū Li-  
ber Pri-  
mus.



### IVVENTVTI:

Francphordum pete Marchiq: iuuentus  
Huc mox vt venies tuum videbis:  
Lauro Trebelium sacrā decorum:  
Qui Vates legit: & facit Poetas.

### HOMO HOMINI LVPVS:

VALERIANVS SIPHRIDVS SVLTZ  
VELTENSIS. LECTORI.

Quisq<sup>s</sup> amat latias: Phœbī quoq<sup>s</sup> dona: Camœ  
Et colit Aonij munera grata chorī.  
Hic legat Hermāni moneo noua carmīna Vatis:  
Scrīperat imparibus quē bon<sup>9</sup> ille modis.

IDEA AD EVNDEM.

Perlege Trebelij moneo noua carmīna Vatis:  
Hec quia Pym plēs sunt saturata cibis.

ANDREAS WANOVIVS CVSLI  
NENSIS: LECTORI.

Sí tibi sunt cordi Musarum cantica : sí te  
Delectat modulis Phœbus Apollo suis.  
Et modo sí plaudes cum quisq<sup>s</sup> Teutonis orbe  
Pierio cantat verba latina sono.  
Ingeniosa legas Notiani carmīna Vatis:  
Et cernes latijs carmīna digna viris.

REVERENDISS. IN CHRISTO PA  
tri& dño: dño Theodoro de Bulou Lubusia<sup>e</sup> ec  
clesie Presul<sup>i</sup> & Antistiti<sup>i</sup> dignissio Hermānus  
Trebelius Notianus Poeta Laureatus. S.P.D.

On nihil: si aliquid secreto e dūm  
mearum adyto inter mansuetiores Mu  
fas otior: Reueredissime Pater Theodo  
re gaudere soleo: ad ea me studia a preceptorī  
bus de literis lītatis bene meritis teneris adhuc  
per ductum annis: quē uno oīm ore: a prisca illa  
vetustate in qua omnes bone artes floruerunt:  
in deorum tutela sint cōstituta & musarum gre  
mio collocata: cumq<sup>s</sup> se<sup>t</sup>atores dijs chari: dijsq<sup>s</sup>  
geniti: a scriptoribus omnibus: doctis dico & nō  
balbutientibus: vnanima p̄dīcatiōe existimē  
tur: quid: quod aliquātulum maius erit: dearum  
etiam frui commertio & illarū cœtibus misceri:  
cuius opinōnis Mar. Tull. & Platonē veri amī  
cissimum( vt poetas taceā ) testes habebis. Quē  
causa Calliopen Musarum max. Orpheo matre  
dedit: Apollinem līno patrem: quod & Vergi  
lius noster tetigit scribens. Orphei Calliopea:  
Līno formosus Apollo. Adde q ab omībus po  
eta diuinus creditur: & dignus qui sacrū caput  
sacra arbore p̄cīgat: tantūq<sup>s</sup> a morte alien<sup>9</sup>: vt  
quos velit immortales secum & eternos faciat:  
quicq<sup>s</sup> solus: cum ceterarum rerum studia: doctri

A ij

na & arte cōstent: non volūtate & studiō sed na-  
ture benefīcio nascatur. Propter quē omnia: Po-  
etas ipsos a maioribus nostris: & non tātum ab  
homīnibus & Regībus: sed a dijs quoq; maxī-  
mīs honorībus cūmulatos legīmns; Alexander  
enī magnus scrīnium vngentorum Regis Per-  
sarum: gemmīs ac margarītīs auroq; prēciosum  
librorum Homerī custodię dedit: cuius quidem  
Homerī ita studiōsus fuit vt eum vna cū gladiō  
dormiens sub ceruicali semper tenuerit. Lacede-  
monij Thebas comburētes a Pindarī domo in-  
cendium auerterunt: & Alexander postea cum  
Thebas raperet familię Pindarī parcī iussit. Sed  
audi queso: quanti deus Apollo Archilochum  
Poetā fecit: is cū Archilochi īterfector templū  
intrare yellet: eum hīs verbīs deus prohibuit,  
Musas & mīnistrum īterfecisti: exī templo. Hic  
Vergilij & Horatij honores tanq; omnībus cog-  
nitos transeō. Prēterea ista cogitantem q; mag-  
ni & clari olīm virī poetices studiosi & poetē fu-  
erint: in mētem venīt: qualis erat ille: cui ob res  
gestas magno est cognomē īdītum quem pau-  
lo ante Homerī studiosissimum fuisse demon-  
strauimus qualis & Iulius ille Romanī funda-  
tor īmpriij & Augnſtus qui nescio an carmīne  
vel soluto dicendī genere plus excelluit adeo il-  
lius: quē sepī a Plynio citātur scripta delectat:  
sed ne terrenos semper & sēculares loquamur

Christianos etī l & H: ergo: vide amīsi. O poe-  
tica diuina. ars artium: sciētiarum regīna & im-  
peratrx: quis non hodie verissime dicere potest?  
Nil intentatum nostri līquere poetē: Omne ge-  
nus rerum docti cecinere Poetē. quid ab Regio  
Poeta Davide p̄termīssum quod ad diuinas lau-  
des facere videbatur? quis( nīsī cōcū is in sāctu-  
ario domīni sit animal cornigerum patrē Moy-  
sen poetam fuisse negabit? quis te o Iob paciē-  
tissime? quis item te Hieremīa pater? an vos o  
Hieronīme: Ambrosi: Augustine p̄es sanctissi-  
mi taceam: quorum scriptis tanq; firmissimis co-  
lumnīs nostra sustēta religio: sed vis iā Christia-  
nos aliquos cōmemorē: quorum religiosa volu-  
minā poetīcam illustrarūt: habes yatē Baptistā  
Iuencum: Sedulium: Alcīmū: Aratorē: Pruden-  
tiū ne otericos mītos: q; oēs meo iudīcio pueris &  
adolescētib⁹ nīsī i primis īmitādi effēt: exēplūq;  
poti⁹ ab edera sumēdū quē semp in altū serpīt q;  
a talpa quē oclīs capta nunq; a terra altius assur-  
git: cui⁹ bestiē naturā si veteres quoq; vt hēc etas  
viuēdo effinxīsēt: vbi tot hymni: vbi iam tot car-  
mia effēt poetas & quē ī officijs diuīnis decātari so-  
lēt? Sed quorsū hec de dignitate & maiestate poe-  
tices tā lōga a nobis narratōe sūt p̄scripta: illuc  
sāctissime p̄: vt innatā quorūdā pueros & maledi-  
centiā damnādā esse cēreas: q; vt ī simplici rustici  
rate oīa scīre videant: cū eōs effēt officiū euāgeliā

& Pauli dogmata enarrare: graui in Poetas vtun  
tur censura & tyrānide: nūc malos christiāos nūc  
pdromos, i. p̄cursores Antichristi vocitādo. Ego  
dum anno supiore i p̄fia solus poeta esse a tribus  
Zoīlis astutis & subdolis multa sū p̄pessus mala:  
quos si aliqñ Musas & mineruam nostrā punge-  
re & hasta inuadere videbis equo id aio pmittas  
rogo: q̄s.n. innocuus & pius Agrestes illos con-  
uictatores a musis & gratijs lōge alienos sacrifq̄z  
literarum explosos: inultus perferre poterit: & si  
christus dicat mihi vindictam vt ego retribuam  
sūt illi latrātes canes (vt diuus ait Hieronimus)  
qui aduersum me rabido ore deseuiunt & cīcū-  
eunt ciuitatem atq̄z in eo se doctos arbitrantur  
si alijs detrahant: contemnerem & nihil induce  
rem sane morsus canū istorum nisi Poeta essem  
Christianis parētibus natus & vexillū crucis in  
frōte gestarē. iam superi dent sanam in fano cor-  
pore mentem & videbūt olim cuius dei Trebeli-  
us sit p̄cursor: sed reliquammodo loquaces  
infatulos illos: qui ignoratiā collo pestem ha-  
bent: & quoq̄z vita mors est cœca: qui ne nigrum  
quidē ab albo discernunt: & leta iucundaq̄z loqua-  
mūr. Ego te P̄f̄sul & Antistes s̄actiss. & doctiss.  
ex omnibus elegi: cui has Apinas & tricas meas  
dedicarē: te iquā q̄ eloquētia: doctrina & vīte mo-  
rib⁹ ad p̄f̄scos illos Christiāe religiōis Pontifi-  
ces Ambrosiū & Augustinū propi⁹ accedis: cui⁹

exēplo oēs sacri castiss. agūt vītā & ea que i terris  
st̄lēte mirant̄ hoīes spernētes: summo studio dī-  
uinas āplexātur līras. Tu igīt hēc qualiacūq̄sūt  
eo quo a me donant̄ accipe aio: cūq̄ p̄ otū daſ le-  
gas p̄cor: q̄ si i hijs minime Homer⁹ aut Vergili-  
us tī videbor; at nō oīno expers carmīs & amus,  
. i. sine musis a te iudicabor. Vale p̄sidiū & dulce  
dec⁹ meū Frācophordi Oderē VII Calēdas Aprī-  
lis Natalij nostro. Anno Christiano. M.D.IX.

**HERMANNI TREBELII NOTIANI**  
Poetē & Vatis Laureati Ad Reuerendiss. in  
Christo patrē & dñm: Domīnū Theodorūm  
de Bulou Episcopum Lubusianum Epigrāma-  
ton & carmīnum Liber Primus.

**THEODORO PRAESVLI.**

Acratissime P̄f̄sul & sacerdos  
Qui celsas regis & tenes Lubusī  
Arces: hīc vbi p̄f̄scifer Suēvus  
Puro flumine Marchiam pererrat:  
Quem nunc Trebelius tibi libellum  
Donat: non rīgido legas precamur  
Vultu: sed placidus mihi & benignus  
Adsis: & foueas tuum Poetam.  
Tu sī carmīnibus meis fauebis:  
Mox ipse ingenio satīs valebo.

**EIDEM.**

Cur mea scripta tibi P̄f̄sul Theodore dīcaui?  
Es quia Pierij port⁹ & aura chorī.

## EIDEM

Aedes palladias: maxime Pr̄esulum:  
Atq; vrbis Genium vidi mus vndiq;  
Nil est Trebelio quod modo displaceat:  
Quicquid quesieris. comprobat omnia:  
Nunq̄ carminibus vel numeris canam:  
Nobis q̄ placeant splendida mœnia:  
Quę Francphordiacus possidet ac regit  
Consul: queq; rigat vitifer Odera.  
Hęc vrbs Italicis: Teutonicis quoq;  
Olím Gymnasijs cedere nesciet:  
Gallorūq; scholas vincet in omnibus.  
Hic omnes superi conueniunt Dei.  
Cum nata hic habitat Iuppiter optimus:  
Non deest Calliope prima sui chorū:  
Et sanctum clarij numen Apollinis.  
Hic crines hedera Nyctilius sacra  
Cinctus: Pierijs pocula vatibus  
Donat: monticolę nec sua munera  
Fauni ferre negant: pennigeras dabunt  
Si poscis volucres: pomaq; mitia.  
Hic cum Triptolemo lęta Ceres fauet.  
Hic est cum superis Semideum chorus.  
Quare haud immerito coelicolū domum  
Hanc vrbum facilī carmine dixero.  
Sed lentus iuuenum candida pectora  
In Musas referam: pergitē pergitē  
Nymphę Pierides: dícite dícite:

Sic optant pueri: sic dociles petunt  
A vobis iuuenes: ni modo fauerit  
Antistes: Rhodij signa cadent dei:  
Nec post hac iuuenes vel pueri canent  
Arguta cythara Delphica carmina.  
Viuet sola suis Pallas in eōibus:  
Non phœbo & latijs nota fororibus.  
Nunc turbę memores ite poetice:  
Vatum causa agitur; nec male Vatibus  
Optat: cui timide carmina dicitis:  
Hic summum specimen Pegasei gregis:  
Hic est Palladijs prima salus viris:  
Illi suppliciter dicate virginēs  
Ruris castalijs: ne sacra numina  
Grynei nemoris sedibus arceat  
Aut pellat Patrijs: sed pueros iuuet  
Qui iam Trebelio docta canunt duce  
Neruo composito carmina Musulī.  
Et vates laceros & refugas deas  
Defendat facilis: sitq; pius sacrī  
Antistes pecoris Trebelium quoq;  
Pr̄e cunctis foueat: nec sinat impium  
Turbas laurigeras perdere Zoilum.  
Post hęc Nestoreas dicate Pr̄esuli  
Messes: atq; decem prospera sęcula.

## EIDEM.

Liquimus Isiacę frondosa cacumina sylue:  
Et fugi patrijs concava saxa iugis.

Non quod eram syluas & florea prata per osus:  
Vel quod erat nobis aura paterna grauis.  
Ipse nemus cupio; syluis mea Musa resurgit:  
Estque mihi patria charius; vrbe; nihil.  
Non hec Pierium poterat loca ferre Poetam:  
Illuc qui Vates contaminarat erat.  
Non erat hic aliquis placide qui carmina Musae  
Aut legeret nueros Delphice phoebe tuos.  
Impia crudelis paciebar spicula vulgi:  
Sequor ante omnes rusticica turba fuit.  
Ipseque Dux pacis quod vati tempora Lauro  
Cinxerat; in doctis inuidiosus erat.  
Laurea dicebant Princeps dat ferta Poetis:  
Cum melius profugos pelleret vrbe procul.  
O miseris: coecus sic damnat rusticus artes:  
Latrat ad ignotos sic canis ipse viros.  
Non me non nostros potuistis ferre labores:  
Murmura solus eram; fabula solus eram.  
Si quis erat qui me vel numina nostra iuuaret:  
Innocuus tecum vulnera mille tulit.  
Vno quot morsus noster Prudentius anno  
Sensit: quod Vati verus amicus erat.  
Pressus eram syluis multo latrone viator:  
Atque inter rapidos flebilis agna lupos.  
Viuite nunc soli: longas accessimus oras:  
Iam procul a vestro rure poeta manet.  
Viuite iam multo maior mihi gloria surgit:  
Et maius nostrum credite nomen erit.

Viuite: cumque rudes vobis mors finiet annos:  
Non unum maneant nomina vestra diem.  
Tu modo Sancte Pater (si te delectat Apollo)  
Grata coronati carmina vatis habe.  
A trifido viridem defende fulmine Laurum:  
Et cadat a telis impia turba tuis.  
Te duce Parnasum scandat cirrata iuuentus:  
Fiat & Aonijs Marchia plena viris.  
Sic mihi Numen eris sic Bacchus sicque Minerua  
Sicque Pharetratus auricomusque deus.  
Sic mihi Pan: Satyri: Fauni: druidesque pueri.  
Sic mihi Thespiales Pieridesque nouem.  
Iudice te nullos fugiam nullosque timebo:  
Non ego latrantes non rabidosque canes.  
Te pluris faciam: que raucas mille cicadas:  
Tercentum ranas: milia quinque lupum.  
Tu plus quam innumeris Moris: qui preter inanes  
Garritus nunquam quid dicere boni.  
Doctiloquos rabido qui damnati ore Poetas:  
Et semper vanos morologosque vocant.  
Omni Grynias qui foedant criminis Musas:  
Nec dignas villa de xeritate putant.  
Quales (pro superi) nutrit mea pria: quales  
Expertae sunt nostra Thalia locis.  
Forsitan ista tuum velles non dicere Vatem:  
Et nil in patriam me recitare malum.  
Patria nil in me peccauit: sed rudis Osor  
Cui nomen yatis nomen inane fuit,

Leniter ergo feras commoti carmina Vatis:  
     Quí queritur Iesus nil facit ille malum.  
 Et modo Nessus sis portus & aura Camoenus:  
     Non meruit yatis vena perire tuum.  
 Hec tibi pro meritis Pyliam donare senectam  
     Et veras laudes: post tua fata: potest.  
 Te propter gelidi quesiuimus arua Boote:  
     Præsidio possem tutus ut esse tuo.  
 Tanta igitur ne spes Notianum fallat amarem:  
     Aspires votis Præsul amandem meum.

### AD EVNDEM.

Si cui pietate debentur premia fame:  
     Et si quis longo nomine dignus erit.  
 Non erit in toto quisque te dignior orbe:  
     (Hoc tantum credat rusticæ turba mihi.)  
 Solus enim veteres eternis laudibus equas:  
     Esque sacerdotum Pontificumque decus.  
 Et modo si caperet constans sua premia virtus:  
     Iure caput summum totius orbis eras.  
 Iuppiter o: qui res hominumque deumque gubernas  
     Tantum animi: nostris mittis ab arce tua:  
 Numinis & tantum Germanas mittis in oras:  
     Oras quas clamat terra latina rudes.  
 Ut sint qui tendat sacra per vestigia patrum:  
     Et referant priscos dexteritate viros.  
 Quicunque nihil fugiant magne virtutis amore:  
     Non modo: si coram fata suprema vident.

Vnde bonis aibis Præsul diuine nec unquam  
     Tam sanctum pergit ledere fata caput.  
 Tu bonus es pastor pecor: tu puigil Argus:  
     Te duce Tenariu non timet agna lupum.  
 Securique manent Christo per ouilia fetus:  
     Et carpunt saturi pabula leta greges.  
 Pastores sacri tua per vestigia viuunt:  
     Et manibus puris sacra deumque colunt.  
 O ouium foelix custos foelixque magister:  
     Cur te non patrem maxima Roma vocat?  
 Hic ego virginem referam quid numina metis?  
     Quae nil pollutum sordidalumque volunt.  
 Tu Cypræ flamas & stulta Cupidinis arma  
     Rides: nil tecum feminæ spurca potest.  
 Non te blanda mouet pastorum cura: Negras:  
     Non que alios viri te Galathæa premis.  
 Hinc fugis insang tristis Amarilliidis iras:  
     Letaque tranquillus tempora Præsul agis.  
 Integei & castus pura stas ueste sacerdos:  
     Cunn fers ad superos mystica liba deos.  
 Forsitan hec iterum Liuor peruerse negabis:  
     Turba nec hoc credes luxuriofa mihi.  
 Scilicet ergo miser quia te peccasse fateris:  
     Vel quia tot fallax farta negare nequis.  
 Si sapis ach: digitæ mordax cōpesce labellum:  
     Falsa nequit sanctos ledere fama viros.  
 Nomen habet Præsul quo nō sublimius alter:  
     Tam nitidum tribuit candida vita deens.  
 Non est nec fuerat nec erit que dicere posset:  
     Hunc ego cognoui sustinuique virum.

Hec est fama viri: sic Francophordia credit:  
Sic quoque certatim Marchia tota canit.  
Sic canit omnis homo: sic omnes yrbe puelle:  
Sic omnes iuuenes cum seniore canunt.  
Ad te nunc redeo Presul: tibi solus in aurem  
Pauca loquar: nostris ne moueare iocis.  
Hec te fama iuuat. sed dic bis quinque puelle:  
Quae sunt: in thalamo que iacuere tuo?  
Parce negare precor: multi videre cubantes:  
Dumque iacent vultu est. cognita queque suo  
Et ne me vulgi deceptum murmure dicas:  
Parce puellarum vidimus ora decem.  
Hei mihi: tam subito vultus mutare benignos  
Incipis: & rigida me quoque fronde notas.  
Hei mihi quid lusi: quid fictis vera figuris  
Scripsimus: hei cœca cur iuuat ire via.  
Et peti ferres tenebrose carmina Musæ:  
Quo foret ad finem fabula ducta suum  
Non ego me Paphias dixi: vidisse puellas:  
Nec: que per thalamos furta nephada petut.  
Nulla mihi Chione: nulla est mihi visa luparum:  
Quid plura! hic aberat Laïs auara procul.  
Quas vidi: castæ fuerant doctæque puelle:  
Inter & eternas numina prima deas.  
O nimium fœlix: o terque quaterque beate:  
Quem patrem tanti contigit esse chorū.  
Ipse ego nam noui vultus faciemque dearum:  
Vis referam: & vero nomine quaque canam:  
Prima fuit Pallas que nunc sapientia fertur:  
Et liquidum magni vertice nata Iouis:

Altior hec Tyrijs posuit se nympha tapetis:  
Post hanc Thespiaades pieridesque nouem.  
Hic erat Vranieque Thaliaque Terpsichoreque:  
Hic Clío Euterpe Melpomeneque fuit.  
Hic & amans Erato: multoque Polymnia cantu:  
Hicque sui princeps Calliopea chorū.  
Hę tua lacteolis onerabant colla lacertis:  
Atque dabant nitido gaudia mille toro.  
Grataque diuinę memorabant dogmata legis:  
Et quicquid rari pagina prilegia tulit.  
Tam sanctas inter recubans doctasque sorores:  
Contemni queruli garrula verba fori.  
Et varias hominum curas: varioscque labores  
Ridens: tranquille commoda pacis amas.  
Nec tamen ut multi blando teris otia luxu:  
Vel nihil in longo tempore lentus agis.  
Nulla tibi sine fruge dies & Apolline transit:  
Nulla cadit quia non linea ducta tibi.  
Non canibus: non ene tumes studiouse Dianę:  
Non que sint nimie queris auarus opes:  
Aurea perpetue virtutis premia laudas:  
Et quicquid pulchri flava Minerua docet.  
Hec propter nostre celebrant te carmine Musæ  
Et maius cunctis numen habere canunt.

AD EVNDEM.  
Xiphē Poetarū Basileus & maxime Vatū  
Antistes. Cynthi nobile numen aue:  
Hoc opus: hoc petimus: tenero succurre Poete:  
ΦωΚΥΛΙΔΗΣ ΕΙΤΕΡ ΤΕΥΧΕ ΠΕΙΡΟΥΤ ΕΛΕΟΥ  
B ij

Mox mea cum fuerit sine sollicitudine Musa:  
Officio pangam carmina digna tuo:  
**CONRADUS PRUDENTIO SENATORI ISIACO.**  
Quem nostrę potius canent Camœne  
Qui te qui profugas pius sorores.  
Et vates lyricos fous iuuasq;.  
Prudenti tibi tot Thalia nostra  
Debet carmina: quot suę Corinnae  
Lusit versiculos Poeta Naso;  
Et quot basia Lesbię Catullus  
Impressit cupidus; suęq; dixit  
Vates carmina Delię Tibullus:  
Nam tu pr̄esidium decusq; Nostrum:  
Et defensor amabilis Minerue:  
Qui nullum fugis aut times laborem  
Ut fama celebres in virbe Vates  
Surgant: & pueri probata discant.  
Dij magni quis enim Poeta narret?  
Quot me quottidie malis grauatum  
Depressumq; minis facis quietum.  
Tu solus placidus mihi Senator:  
Tu solus Pylades: bonus patronus:  
Mecenas quoq; Pollioq; Cesar:  
Inter tot patrij soli beatos  
Te solum pudet heu) meę Camœne  
Tutorem studij boni fatentur.  
Hinc te Zoilus & malignus osor.  
Insontem lacerat probumq; ridet:  
Et dicit iuuenum Poeticorum

Te numen: Clarię ducemq; turbe.  
Dicit: sed nihil hinc tibi decoris  
Accessisse putat: boneq; famę:  
Magnum si specimen chorū noueni  
Dicaris: Rodij decusq; coetus.  
Tanta est gloria nunc sacre minerue:  
Et nunc tantus honor sacris Poetis.  
Scriptores celebres piosq; Vates  
Nugax: insipiens inersq; vulgus  
Ridet: nec studio sinit quietos:  
Et si quos latij gregis benignos  
Tutores videt & pios amicos:  
Exclamat: furit: inuidet: lacessit:  
Et cum Pierijs viris patronos  
Quamuis immeritos: ab vrbe pellit.  
Sed nil sordiduli nocere possunt  
Morsus ingenij: vagumq; murmur  
Gentis barbaricę gregisq; cœci:  
Verum iuditium dabunt periti  
Artes qui sapiunt magis probatas:  
Et quos Semideos beata virtus  
Mox post multiples facit labores.  
Hijs non diuitijs virum potentem:  
Nec querunt roseis genis superbum:  
Non vestes Tyrio colore tintas:  
Non Croesum cupidum Midamq; auarum:  
Sed plus veridicus placet Senator  
Qualis Fabritius bonusq; Nerua  
Et Consul Fabius Catoq; sanctus:  
Quorum tu sequeris beate mores

Virtutemq; simul; fide m; vñcis;  
Ergo perpetuo tuq; manebunt  
Laudes: ergo etiam sacri poetæ  
Nomen perpetuum tibi canendo  
Reddent pro meritis pioq; amore,

C . P . Poetæ ,

Inter aues; viridis laudatur Psittacus ales;  
Namq; potest docilis ~~Xalys~~ valeq; loqui,  
Raucisonus stellas oculoso tergore Pauo  
Explicat; hinc superè creditur esse deg.  
Oz sonat Odrysium; Pandione nata; tyrannum:  
Inter habet volucres nomina prima bonas.  
Niq; fluat auro Tagus & pactolus & Hermus;  
Illorum cupidos non traheq; ynda viros.  
Ver breue flore iuuat; maturis fructibus arbor;  
Ore suo roseo Vatibus Anna placet,  
De te quid dicam: sacrorum maxime Vatum:  
Tu: quia dulce canis: saxa mouere potes.  
**AD AMICOS VT VERNO TEM-**  
**PORE LETI VIVANT.**  
Tempora perpetui celebremus verna sodales;  
Et resonent Genium carmina blāda deum.  
Letæ dies rediit: syluarum & amabile tempus:  
Ver breue gramineum pingit in orbe solū,  
Candida purpureum variarunt lilia campum;  
Fundit lacteolas terra benigna rosas.  
Nūc corili frōdent; viridisq; est Chaonis arbor;  
Nunc violæ molles per nemus omne nitent.  
Vernat humq; Zephyro leuisq; imurmurat aura;  
Aptat in Iismarium: guttura: crimen aut.

Vmbra deest viridi ducatur ab arbore frigus:  
Pr̄ebebit nitidum mollis & herba thorum.  
Grata loco veniet subductis frondibus vmbra  
Et dabit vmbriteram nubila sylua domū.  
Sub diu ramisq; iuuat coenare : Poetas:  
Spumantes cyathos atq; bibisse nouem.  
Silua decet Vates sacrataq; tegmina Lauri:  
Murmura causidicus litigiosa colat.  
Bacche deus vatum: foecundi nectaris author;  
Filiolis petimus: Cretica vína; dato.  
Adsit Aminetus liquor & sint Lesbia nobis  
Pocula: fint Chio palmita vína precor.  
At vos o socij mœrorem soluite Baccho:  
Tuq; merum larga fūde Leuine manu.  
Dij magni q; dulce merum: nunc semp Iaccho.  
Illo vtar: Latias ebibat alter aquas.  
Aspice Crappinus q; vastam ingurgitat vrnam:  
Pocula sicca iacent: funde Leuine merum.  
Funde Leuine merum: pellit cōiuia dolorem:  
Et cyathos haurit terq; quaterq; nouem.  
**EOBANO HESSO FRANCOBER**  
**GIO NASONI HERFFORDIANO**  
Schalbus Apollinei cœtus non falsus amator  
Pertulit ad nostras scripta diserta manus:  
Ut vidi titulos & que dant verba salutem;  
Mox rupi digytis cerea vincla meis.  
Arcj animo leto mihi missas explicò carthas:  
Inscriptum folijs nobile carmen erat.  
Armipotens dixi Phœbeos Hessia Vates  
Procreat: Ausonios & fouet illa viros.

Haudq; sit hoc nihilo vicina est hessia Rhenos:  
Inde capit mores hessia docta bonos.  
Tale tener carmen cecinuit vix ipse Tibullus:  
Vel qui Paigne gloria gentis erat.  
Callimachus non tale dedit: non tale Philetas:  
Dedita vel lyricis Sappho puella modis.  
Nomina si proprijs demas Eobane Camoenis:  
Esse neget nemo posteritatis opus.  
Digna canis Phœbo doctisq; legenda Poetis:  
Cum tibi vix Clotho bis duo lustra dedit.  
Aonios Pean presenti numine versus.  
Hessei vatis plectra sonare facit.  
Calliopea tui miratur pollicis ictum.  
Et tibi Pegasidum cetera turba fauet.  
Sic tu cui faciles vatuum sunt Dijc; Deeg;  
Esse cupis Manni Vatis amore pius.  
Vix animo tenerum noras Eobane Poetam:  
Vix dederat nomen nuntia fama meum.  
At coram nostris cupiebas cernere vultus:  
Atq; manum manui iungere cura fuit.  
Hec res perpetuo tibi me coniungit amore:  
Nec sinit ut socij non memor esse queam.  
Optabamq; tuis manibus coniungere nostras:  
Sic comp os yoti factus yterq; fui.  
Nil petimus nisi amor lōgos q; duret in annos  
Se nunc associal pectora nostra tuis.  
Viue diu foelix: ex me Schalbumeq; saluta:  
Illijs Elizabeth bella puella valet:  
Viue iterum foelix noctes Eobane diesq;  
Nec capiti noceat pestilis aura tuo.

CONRADO PRUDENTIO SENATORI Isiaco ad quē mittit Epigrāma Marcialis de Tucca vīna vetera cū mustis miscente.  
Non tibi de Tucca Prudenti carmina mitto:  
Vīna tua vt sapiant musta yetusq; merum.  
Sed quia vitisator nostra sit rarus in vrbe:  
Qui non hoc dicī crīmīne Tucca queat.  
Plus mihi Crēteo sapiunt tua vīna líquore:  
Dulce mel in nostro est caseus ore tuus.  
EPITAPHIVM HENRICI SCHALBI.  
Henrici reliquū Schalbi hęc tenet vrna viator:  
Vrbis qui patrię Satrapa clarus erat.  
Publica res illi: propria plus: corde sedebat:  
Et fuit hic vidui portus & aura tori.  
Iusticia Traianus erat: Numa relligione:  
Tranquillę sumum pacis & vrbe decus.  
Non hic contemtor fuerat virtutis & artis:  
Sed facilis doctos iuuit vbicq; viros.  
Mortua sacrato requiescunt ossa sepulchro:  
Mens sedet ethereis exhilarata choris.  
EPITAPHIVM FILIAE EIVSDEM.  
Virginis hoc gelido cōdunt mēbra sepulchro:  
Que noua non lessi fama pudoris erat..  
Et que si formam laudas heroidas inter  
Et celebres fuerat: cādida nympha: deas.  
Si genus exoptas & nomina scire puellę:  
Anna fuit Schalbi sanguine nata senis.  
DE NVMMO.  
Omnia nūmus habet: Rex est q; possidet aurū  
Da pretium: Christi proditor alter erit:

# AD DISCIPVLVM IOANNEM TILVM.

Horrīda mortifere timeas non spīcula pestis:  
Nec fuge vulnificē tempora sua necis.  
Est vitium nobis lachrimosum querere fatum:  
Et virtus sumnum non timuisse diem.  
Non sit gemmarum non auri cœca libido:  
Non breue te vexet forma caduca bonum.  
Atria Tēnarijs pereunt nam fulta columnis:  
Sēp eoz diuitias fors malefida rapit.  
Ardentes Tyrio non durant murice vestes:  
Ingenio dempto singula morte cadunt.  
Pegalidum cantus sapiat vīcturaq; Phœbi  
Carmina: sit latie maxima cura lyrę.  
Sint comites docti: clamosum spernit vulgus:  
Sic eris Aonij gloria magna chorū.  
**HECATOSTICHON DE PESTE**  
Isenachensi Anno Christiano. M.D. VI.  
Flebilis argutum sumas Elegeia plectrum:  
Et tremulo raucam pollice tange lyram.  
Sit facies tristis: sit vestis & apta dolori:  
Cum graderis lōgis gressibus adde breues.  
Fleibile sīla sōnent: dīcat lachrimabile carmen:  
Iſiaci luctus interitusq; soli,  
Imbelles Elegi deplorent Iſidis vrbem:  
Luminib; lachrymas pestis acerba dabít.  
Plus solito plorat Memphitica vacca p agros:  
Flete iubet coniunx: pestis & ipsa facit.  
Aspirare velis Proles Latonia Phœbe:  
Cumq; nouē Musis Thysifer alme faue,

Signa Cleonēi lampas Phœbēa leonis  
Occupat: & rapidus Procyon arua premit.  
Et mox lētiferos īaculatur Syrius ęstus:  
Erigones sydus cum Pataree petis:  
Incidit segetes lunata falce colonus:  
Horrea Düringus plenaq; messor habet:  
Cum Phlegethontē serpit per rura venenum:  
Et calidōs ęstus plumbeus Auster agit:  
Tēnarij in superos amnes fluxere liquores:  
Portitor & verrit nostra fluenta Charon.  
Emittunt rabiem Cocytus: Styx: Acheronq;  
Omnia Lēthēis & vetiantur aquis.  
Semīnat inq; vias (vt sit vía nulla salutis)  
Hippomanem atra mōrs furibunda manu:  
Deseruitq; triceps tenebrosum Cerberus. orci:  
Stentoreo & terret rura forumq; sono.  
Luxuriare videt sulcis Aconita colonus:  
Cernitur & Stygio spuma relīcta cane.  
Omnia funestus Lernee sanguis Echidne:  
Inficit igniuomī sulphuris ardor. olet.  
Aerium virus fatali vulnere cunctos  
Sternit: & attoniti fœmina virq; cadunt.  
Vita fugit diro nullum it sine vulnere tempus:  
Quocumq; aspicies flebile funus erit.  
Lanifice nulli ducunt sua stamina Parce:  
Sed truncant sumum quem statuere diem.  
Tristia dum mater deplorat funera natę:  
Vrna breuis natam cum genitrice capit.  
Sēpē aliquis validus cum Phœbo surgit Heoo  
Qui sua cum Phœbi lumina condit equis.

Exequias miseris non est qui soluere posset:  
Urbe sed in media corpora foeda iacent.  
Irrita quid referat pagat quot vota sacerdos:  
Credis derim surdis auribus esse deos.  
Mille per infirmi cornices tecta feruntur:  
Diraq; funestus carmina bubo canit.  
Aere tot volitant infesto gutture corui:  
Quot graciles muscas feruida meis habet:  
Iamq; paru superest ita dij voluistis vt illi  
In cunctos vertant cornea rostra viros.  
Incusant super os & ineluctabile seculum:  
Sunt lachrymæ: gemit;: luctus & urbe freques  
Vidimus errantes animas sub nocte silenti  
Vidimus & Stygias sepe volare faces.  
Non daf vlla quies: placidi sub tempore somni  
Verberat occlusas mors violenta fores.  
Sopitosq; vocat rapidi Phlegethonis advindas:  
Perpetuum somnum nox ybi longa feret.  
Patria q; mallem gerer et Mauortia bella:  
Omnis & Argolicos terra timeret equos:  
Aegida: Bellonæ: clypeos: thoraca: Gradiuum:  
Perpetreret: flamas: Hannibaleq; trucem.  
Cratior & rigidus nobis mors esset in armis:  
Talia magnanimus fata precatur homo.  
Exanimis caderem magno si victus Achille:  
Summa mihi magnus gloria victor erat.  
Hectora si vincam viridi mea tpa Lauro  
Velent: & multa laude superbus eam.  
Non habet hegabies laudem: nō vlla doloris.  
Premia: cum titulis corpus inerme rapit:

Quodq; facit miseris non est sanabile vulnus:  
Ipse cadit medicæ sepe magister opis.  
Phasis igniuomos succis & carmine tauros  
Perdomuit: fratres terrigenasq; necat.  
Carmine perugilem potuit sopire Draconem:  
Aefone quum nato yellera fulua dedit.  
Addo q; hæc fecit socer vt iuuenesceret Aeson:  
Et q; serpentes tangere docta fuit.  
Arte tamen nulla potis est extiguere pestem:  
Dicere vel rabiē que premat herba graue.  
Non Hecates prosut herbæ: nō gramia Círces:  
Sariari morbus letifer ille nequit.  
Phyllrides Chyrō: Podalirius atq; Machaon:  
Hippocrates: Phœbus pharmaca vana da.  
Hac Amithaoniq; p̄tūb̄ strage Melapus: (būt  
Atq; Coronides sautia corda feret:  
Non humana iuuant optatam ferre salutem:  
Iuppiter etherea solus ab arce potest:  
Ille sibi seruat diræ medicamina pestis:  
Nec finit huianum noscat vt illa genus.  
In nos vt magni cum sequiat ira tonantis:  
Non sit qui medicæ prebeat artis opem.  
Sed cadat vt vultus sub inertu vulnera mortis:  
Finiat & crimen: tempus & hora necis.  
Nunc etiam morimur: colesti numinis ira  
Immitem faciunt crima nostra deum.  
Cur si vita iuuat si dulci yescier aura  
Delectat: vitium pergit ab urbe procul.  
EPICEDION siue Monodia in exequijs filij  
sui Heliæ ad Balt Assaré Fabritiū Phacchum.  
C

Phacche dēcūs pātrię: spēs & mea gaudia solę:  
Tristior i lachrimas me vocat hora nouas.  
Impia luxifīco ferunt me fata dolore:  
Nocte nec est somnus nec mihi luce quies  
Heliam rapuit pestis Nessę a parenti:  
Pestis quę Stygijs euolat atra vadis.  
Qua meruit culpa primis iugularier annis!  
Innocuum potuit ledere Parca caput?  
Credebam superos tenerum tribuisse Poetam  
Hic dixi Cyrrhę culmina summa petet:  
Et non truncatus: Claria sua tempora fronde  
Cinxisset: puer tanta Minerua fuit.  
Scilicet exāguis mors optia quęq; prophanat;  
Dignaq; Nestoreo tempore corda rapit.  
At contra Scynis & Scyron sequusq; Procurstes:  
Spirant: & vitam criminē Cacus habet.  
Quid tamē extinctū cunctis placuisse iuuabit?  
Qz vix audito nomine Charus era t:  
Quidue iunauit validi proceri corporis artus:  
Linguaq; cōposit os tam bene docta sonos:  
Viūida quid culte prodest solertia mentis?  
Nempe iacet patrię fama futura domus,  
Filiolum subito mater deplorat ademptum;  
Atq; gemit ventris pignora chara sui.  
Fulmine pcussum non sic Phaethonta sorores:  
Plorant: aut fratres Théstia s. vlt̄a suos.  
Non ita defleuit coniunx Priameia natos:  
Andromache non sic Astyanacta dolet;  
Halcyonē: Cererē: Nioben: Thisben: Ariadnē:  
Vxorem lachrimis vincere crede meam.

Illius haud luctum cythara mulcebit Arion:  
Teia non illi musa leuamen erit:  
Excuciet nunq; verbis e corde dolorem  
Romani Cicerο: gloria prima fori.  
Nil adeo curat: non cantu Amphiona laudat:  
Thratia sint quis plectra sonora fugit.  
Sūt Cythare gemitus: sūt maxia gaudia fletus:  
Materno tantus pectore mōr or inest:  
Purpureo gelidum circūdat florē sepulchrum:  
Et sacram viridi gramine pīngit humum.  
Quicq; Hamadriades seruat facilesq; Napeg:  
Hoc totum nati flebilis vrna capit.  
Illiç aspīceres violas: buxum: Cyparissos:  
Et Bacchi frondes: lilia verna: rosas.  
Ipse leui querulas prētentō pollice chordas.  
Seuaq; lugubrī carmine fata canō.  
Sed quia relligio veri est certissima Christi:  
Lethēos amnes non bibet illę puer.  
Orbe sed Elysio fruitur meliore beato:  
Heliamq; nouum nunc Paradisus habet  
Letatur fragiles humani corporis artus  
Liquisse: Angelicos inter & esse choros:  
Aethereus iungat nos illi Iuppiter opto:  
Vltima supremam cum feret hora diem.  
**EPITAPHIVM HELIAE TRE  
BELII : FILII SVI.**  
Helias hīc situs est misericordia parentum:  
Delitium matris: vita salusq; patris.  
Ante diē puerum cuius necat improba pestis:  
Ne patria Musas filius arte colat.

Sed deus etherea defunctum collocat arce;  
Innocuum superis associatq; choris.  
**IN BARBARVM RVDIMENTA,**  
rūm Vatem Baptistā ex vocabulario gem  
mula īepte interpretantem.  
Barbara Mīciadē tibi pandet gēmula Vatem:  
Cantabit versus cum sine voce puer.  
Quid syluis lucem? quid lumina clara tenebris  
Extinctisq; ignem queris īane focis?  
Ceca bonas artes te iam dūctore iuuentus:  
Et lingue capiet: dogmata digna suę.  
Tetram barbariem capiet Lernęq; venenum:  
Pro dulci Stygias Nectare sumet aquas.  
Dij te dijç; tui similes ī tartara mittant:  
In Cocytęas prēcipitentq; plagas.  
Estis nam subiti sine prēceptore Magistrī:  
Et qui non vetula digna docetis. Amen.  
**IN SOPHISTAM QVI DICE**  
bat Poetas paruę religiōnis.  
Pone modum verbis non sū nasute prophanus:  
Non etiam nullos augurorę esse deos.  
**ΙΙΣΧΙΟΥ ΤΗΟΔΗΓΓΑΡΤΩΡ** Poetam:  
Credimus etherei numia trīna dei  
**AD BELAM.**  
Cū petimus nūmos: cū debita nostra rogamus:  
Protinus exclamas: cras hodieue dabo.  
Centū nūc hodie centū cras Bela notauī:  
Et mihi nīl hodie cras tribuitq; tuum.  
Sī tibi quid prosunt: tu cras hodieq; teneto:  
Cras nolo atq; hodie falleris: era volo.

DE EODEM.

Egregius vates noster vult Bela vocari:  
Sed vereor ne sit voce rudente pecus.  
**AD SIMONEM LOMAR DV.**  
**CALEM SACELLANVM.**  
Alconem prisci celebrarunt carmine vates:  
Qz poterat docta mittere tela manu.  
Nunc tibi Cretei cedent alconis honores:  
Hacq; tibi dabitur culmen ī arte Simón.  
Crede mihi iaculis non est te doctior alter:  
Et tua Parthorum vincere tela queunt.  
Certior es Phœbo: vícta est pharetrata Diana:  
Spr̄etus es Oenides: nīl Tegeęa potes.  
Ipse silet Cephalus: ponitq; pudore sagittas:  
Quo rapidus Nessus concutiente cadit.  
Arte Cupidinea sīnuosum contrahis arcum:  
Et raucum de xtra neruus ab aure sonat.  
Mīradum: quodcūq; petis tua spicula figunt:  
Nec vaga sors recto tramite tela rapit.  
Iure igitur prīmi tibi decernentur honores:  
Iure etiam magni te fouet aula ducis.  
**EPIHALAMIVM IN NVPTIIS**  
**CHRISTIANI MVNCI.**  
Huc Iouis summi soror atq; coniunxi:  
Huc ades Cypris: tener & cupido:  
Sepius tandem venias vocatus  
O Hyemeęe.  
Iam dies luxit genialis & iam  
Nox vemit claras numeranda luces  
Inter: & puro socianda semper

Aurea sole,  
Dulce nunc omnis pariter iuuentus  
Concinit letas Cythare lyreque  
Indicant mentes: facilemque reddit

Tibia cantum,  
Ad maritales thalamos puella  
Ducitur; pulcram tenerem sequuntur  
Virgines sponsam: comes it marito

Leta iuuentus,  
Comprobant omnes pariter puellae  
Blanda quo nupsit iuueni puella  
Aureo cum quo Veneris per apta

Prelia miscet,  
Saucia nupte facilis Cupido  
Pectus: ut discat iuvenile corpus  
Coniugis mollis gremio sinuque

Apta fouere,  
Cogita tecum modo Christiane  
Nascier proles similis puellae  
Quo queat ludo: ferat & patris qui

Filius ora  
Sed maritalis memor esto tede;  
Nec thori sanctum viola pudorem;  
Lex voluptates Veneris marite

Furtaque damnat  
Castus est lecti socij repertor;  
Preualet totum locus atque mundum;  
Quo deus sposo sociam perhenni

Poedete iunxit,  
**IN MORVM,**

Divitias Morus querit: nil carmina curat:  
Causa: nequit Morus verba latina loqui,  
**EOBANO HESSO FRANCO BERGIO POETAE NOBILI.**

Perlegis: an sordent Nessei carmina Vatis?  
Carmina iudicio sepe probata tuo.

Sed tibi nunc nostre subeunt fastidia Muse:  
Nam tua non nobis cernere scripta licet.

Scilicet Isiacum paramas sic Hesse poetam:  
Ut non sim versus dignus habere tuos.

I nunc & flamas imo sub pectore iacta:  
I nunc te plenum leticiaque refer.

Tam flagrans Hessi carpit precordia fero:  
Ut nunquam flamas narrat Apollo satis;

Tantus amor tuus est; ut non facundus Vlysses  
Non Maro: non facilis Naso referre queat.

Scriptisti (memini) dicet non alma Poesis:  
Hesus Trebelijque calet igne sui.

Non canet id: thalami sociā qui duxit ab Orco  
Non chorus Aonius Thespiaedesque nouē.

Hesse tace: tantas nec iacta carmine flamas:  
Namque tuos ignes rauca cicada canet.

Te coram nostris delectat cernere vultus:  
An taceam coram que mea barba placet?

Intonsos crines iuuenili vertice laudas:  
His similem Phœbo Nyctilioque putas,

Sic placeo coram; sed cum tua lumina vatem  
Non cernunt: omnis tue procul ardor abest.

Ergo tibi charus tantum: cum proximus asto;  
Vilis ero cum me patria terra tenet.

Sed neque sum vilim mihi nec succenset amico:  
Qui mecum Cirrham Pieridesque colit.  
Nam fugit Aonius vates contemnere vatem.  
Et nec germanas carpere Musa velit.  
Instruit humanos humana Poetica vates;  
Illa feros mores barbariemque polit,  
Quod canit emeritos & qui non inuidet vlli:  
Humanos titulos inde Poeta capit.  
Tu cum Romanis Graios Eobane Poetas  
Calles:& facta est Pallas amica tibi.  
Quicquod habet Latium: quicquod sacra Poesis  
Continet: ut d<sup>icitur</sup> Hesse Poeta sapit.  
Es pius & facilis placidus: non inuidus osor:  
Cesonat & studijs vita beata tuis.  
Crede:tibi tantum felix Herphordia debet:  
Quantum Vergilio Mintia terra suo.  
Ante alias nimium felix est Hessia terras:  
Que tanto partu nobilitata fuit.  
Hessia Pierias nouit te Vate Camoenas:  
Et canit Ausonia carmina blanda cheli.  
Vive:vale:& nunque subeant oblitia nostri:  
Pr&eterant oculos nec tua scripta meos.

SENATVI ISIACO IN GRE

gem Asinorum urbem Isenachensem  
suis peruersis moribus penitus barba  
ram reddentem.

Hos lege versiculos procor o venerade senatus:  
Qui regis Isiaci mœnia culta soli.  
Aspera mafuetas moueant nec carmina metes:  
Terreat haud sequis torua Thalia modis.

Ipse ego tranquille magnus sum pacis amator.  
Nec soleo scriptis bella mouere meis.  
Non me pacificum sinit irquietus amus:  
Hocque n ouum bellum barbara turba parit.  
Sum tocies Iesus:nec cessat ledere captor:  
Meque hinc vel puerum vel sine voce putat.  
Hec noua Trebelij defendunt carmina fama:  
Et quod mentitur liuidus: illa negant.  
Quis feret indigne:mendacis murmura vulgi?  
Latrantes saxo non ferietque canes:  
Nobilior certe:certe foelitior esset  
Patria:sí caderet rustica turba nece.  
Immodicas laudes meruit Tirynthius heros:  
Quod cacu domuit Cerbereumque canem.  
Carmine nuc Calais nuc viuit carmine Zetes:  
Quod fugat obscoenas alter & alter aues.  
Aurea magnanimum commendat Thesea vltus:  
Semideum meritis & super astra locat.  
Ille etenim Scirona trucem sequique Procosten  
Deuicit: leto Cercionemque dedit.  
Paucis quis cunctos referet: quis nomia padet?  
Hostibus eternum qui modo nomine habet:  
Postera Trebelium narrabit fama poetam:  
Atque meum factum secula multa cantent.  
Ipse coaxantes pungam si carmine ranas:  
Si patria pellam cornigerumque pecus:  
Audentem dea commendet Memphis vatem:  
Patria de cuius nomine nomen habet.  
Trebelius patrias dicit polit impiger oras:  
Et rude Nessus pellit ab urbe pecus.

Per spicuīsq; sacer gaudebit Nessus in vndis:  
Exultet liquidis atq; Horiselus aquis.  
Amnes hijs patrijs: coeunt qui mœnia propter  
Isidis:& rapidi per caua saxa fluunt.  
Hec mala turba bonos carpit: laudatq; malig;  
Et lacerat doctos: cōmaculatq; phos. (nos:  
Hec mala turba pium cruciat sine fine Poetā:  
Atq; per insidias nomina nostra premit.  
Est tamen e multis in me petulantior yhus:  
Qui vati pacem qui requiemq; negat.  
Illiūs haud qdā crimen vel nomina versu:  
Ne capiat scriptis nomina longa meis.  
Capitoris facilē depingam carmine vultus:  
Zoilus & qui sit per rata signa dabo.  
Crīspa cōma est illi: non sunt in corpore vīres  
Occupat impēxum Phthiriasisq; caput.  
Est facies tristis: nigrēscunt sanguine vīre:  
Et tenuis macies pallida labra notat.  
Inuida mansuetum non nouit vīpera somnum:  
Bestia non ridet pectora felle virent.  
Tabescit letis: sursum non liuida tollit  
Lumina: sub lingua dira venena latent.  
Est illota manus: scalpit que crura genuq;  
Impedit & passu mentagra sequa pedes  
Non deus huic fauit: cunctis hīc pellitur oris:  
Illiūs exultat femina vīrq; malis.  
Est quoniā īgrat: mēdax: leuis: asper & audax:  
Et qui patronos prodit vbiq; suos.  
Hic solet innocuum nugis mordere Poetam:  
Hic est qui patrie mœnia fœdā facit.

Sed neq; Nessēs hīc est prognatus in oris:  
Ve miserē monstrum Frāntia terra dedit.  
Non ego vulgaris delector plausibus aure:  
Latratu nec me bābara turba mouet.  
Barbarus haud potis ē doctos laudare poetas:  
Et nec in Aonios mittere probra viros.  
Deniq; nil refert carpat laudetue poetas:  
Non habet vt menti consulat ille suę.  
Insulsoſ mores ſequitur laſciua iuuentus  
Et fit ab exemplo ſcēmina vīrq; rudis.  
Non me ſed propriā fœdarunt criminē famā:  
Qui mihi nudatas exhibuere nates.  
Heu pudet: Iſiacos etiam leſere penates:  
Et cadit in magnam patria terra notam.  
Iamq; aliquid dicit: ſunt hec iuifa Poetis  
Rura: dabunt cunnum ſi petis atq; nates.  
Pro Sophia ſacra barbatum cernere culum  
Hic datur: & ſi quid fœdius eſſe potest.  
Sic aliquid forſan: ſed longe fallitur ille:  
Nec ſcit q̄ dociles vībs habet iſta viros.  
Sunt fateor: qui me Vatem Phœbeaq; culpan:  
Carmīna: qui Musas containinātq; nouem.  
Sunt etiam quibus eſt vīrtus odiosa deusq;  
Qui ſua plus Chrīſti cōmoda rebus amāt.  
Qui pueros vellent nullas vīdiffe Camcenās:  
Ne poſſet iuueniſ terſius ore loqui.  
Barbara non ideo debent Nessēa vocari  
Mœnia: nam claros ſepe dedere vīros.  
Notior externis eſt Trutphetterus in oris:  
Cum docet etherei mystica iura dei.

Hic est Theologus quo non sublimior alter:  
 Inter qui meruit nomina prima sophos.  
 Cantatur toto Doctor Byrmostus in orbe:  
 Ingenij tantum dotibus ille valet:  
 Hic est qui poterit magnos ante ire Solones:  
 Atq; sonos Tulli vincere Marce tuos.  
 Et sua Vymarides cōmittit nomina fame:  
 Et fit Palladijs charior vscq; virjs.  
 Dulcia nam facil modulatur carmina plectro:  
 Et callet quicquid turba diserta probat.  
 His tres Isiacam defendunt artibus urbem:  
 Et mea ne maneant barbara terra vetant:  
 Ast ego Musag; interpres : Phoebic; sacerdos:  
 In patriam primus candida signa tulí.  
 Letaq; Thespiaedes nouit me vate iuuentus:  
 Et sequitur Clarium me duce turba deum.  
 Haec tenus elinguis puer & sine voce latebat:  
 Nunc poterit per me verba latina loqui.  
 Et mea: Duringe non ultima gloria terre  
 Patria: per versus fit bene nota meos.  
 Hec propter rudis & mendax me voce lacefuit  
 Zoilus:& famam carpit vbiq; meam.  
 Perge igit: nostri non immemor esse Senatus.  
 Et semper foelix sis facilisq; mihi.  
 Sic tibi condignas persoluam carmine grates:  
 Et patrie publi dogmata grata dabo.  
**CVR VERSVS SCRL**  
**BAT.**  
 Nuper odorati lustro dum gramina ruris:  
 Albis vbi liquidis pascua inundat aquis.

Ecce Thalia venit facundo & carmine nobis  
 A Phoebo & Musis talia dicta refert.  
 Scire cupit Phoebus docte cupiuntq; sorores:  
 Et cupit Aonius Pieriusq; chorus.  
 Que procul a sacro non sana negotia fonte  
 Abducant animum leante Poeta tuum?  
 Curq; ferax nullus scribat Duringia versus?  
 Et que Trebelij causa moretur opus?  
 Dixit:& in nostros figens sua lumina vultus:  
 Expectat timidus que dare verba velim.  
 Huie ego dum sensi collectu pectore robur:  
 Non festinatis talia dico modis.  
 Gratia nulla metis debetur Musa camoenis:  
 Nanq; humili canimus vix epigráma pede.  
 Adde solo patrō q; non Aganippidos vnde  
 Nec currunt dulces Bellerophontis aque.  
 Inscia Musarum: Clarioq; incognita Phoebo:  
 Nos docuit modulos patria terra suos.  
 Protinus illa mihi: discessit Phocidis aruis  
 Atq; habitat terras pulcher Apollo tuas.  
 Arua tuę patrię coetu comitata sororum  
 Princeps Calliope non redditura petit.  
 Hic varijs flores: hic gramina: sarta: corolle:  
 Aetij montes: umbris ferumq; nemus.  
 Hic frondent sylvi: vernant hic apta poetis  
 Arua: canit querulū garrula carmen auis.  
 Non desunt liquidi fontes: non flumina: ripae:  
 Vatibus & doctis quisq; d in orbe placet  
 Quare age Nesseo tornatum pectine carmen:  
 Fac relegat Phoebus Thespiaedesq; nouem.

D

His facet: inq; sacras formosa reuertitur qdest:  
Et nos mandatis scribimus ysc; suis.

### IN LIVIDOS.

Desine liuor edax: verbis lacerare malignis  
Trebolum vatem: desine liuor edax.  
Desine liuor edax: maior nam gloria surgit  
Carminiis nostris: desine liuor edax.  
Desine liuor edax: non inscia murmura lingue  
Barbarice ledunt: desine liuor edax.

### SIMONI LOMAR SACERDOTI AVLICO.

Hec tibi Neffesus subitaria carmina vates  
Mittit & incolum te iubet esse Simon.  
Si quid agam queris: cumulatis vndiq; curis  
Turbor; & ingenium perdo Poeta meum.  
Mens abit: & vilis fit carminis author Apollo:  
Vilescunt Musae: turba diserta: nouem.  
In me conspirant sylvestria rura Poetam:  
Et nocet Aonias perdidicisse deas.  
Pierias propter me carpit liuidus artes:  
Inuidet ingenio rustica turba meo.  
Et premor ut fugies per summa cacumia ceruus:  
Quem celeres vrgent voce minante canes.  
Lauriger exclamat quid proderit vrbe Poeta:  
Paupere cū Phoebo qd dare musa potest?  
Numen habet Bacchus: veneremur numen Bac,  
Ille satis nobis ora diserta facit. (chi;  
Virtutem iactant furiosi carmine vates:  
Nullius & mores ingeniumue probant.

Nil nisi carnis amat: veteg; vel scripta virorum:  
Cedite plus scriptis dultia vina placent.  
Barba: us insano sic clamat Zoilus ore:  
De doctis sentit sic asinale pecus.  
Sed quis metis inops ta coecep murmura turbe:  
Non ridet: vacuos improbat atq; viros.  
Hoc genus ethereo plus querit lumine noctem:  
Et solem media cernere luce nequit.  
Dicte sylvestres vrbi quid profuit Orpheus:  
Et qui Theban conditor arcis erat.  
Nonne sacras leges: virtutem: numina diuum:  
Iuraq; legitimi vos docuere tori?  
Longe aliter docti qbus est didicisse voluptas  
Et quibus ingenium Pallas amica dedit.  
His bona Pierie nouerunt comoda Muse:  
Et sapient dotes pulcher Apollo tuas.  
Temporibus priscis preclarus vi be poeta  
Nil fuit: immensas hic sibi coepit opes.  
Doctior Augustus coluit soniq; Poetas:  
Quo maior nunq; Cesar in vrbe fuit.  
Quid referam priscos qui dilexere Camoenas:  
Talibus est omnis pagina plena viris.  
Qui tecum vivunt memorabo carmine Reges:  
Et possum vivos ipse referre duces.  
Qui nunc Imperij Cesar moderatur habenas:  
Vatibus est portus mollis & aura sacris.  
Et mihi Daphne tribuit qui fronde coronam:  
Saxonico doctis spirat ab orbe viris.  
Frater Ioannes recte miscetur istis.  
In vates presens hic quia numen habet.

Dij

Tu quoq; si curas Notianí cōmoda vatis:  
Hos inter poteris nōmē n habere Símon.  
Sed cur non cures: cum sis mihi fidus Orestes:  
Et cum mōcenas sis Pyladesq; meus.  
Cumq; ego plus patrię possim prodeſſe Poeta:  
Qz qui Phœbea legerit arte nihil.  
M agnanimos format diuina poetica reges:  
Erudit illustres musa diserta duces,  
Quid deceat pacis canit; & quid tempore bellū;  
Et pueros mores edocet illa bonos,  
Blandaq; discordem cōponit Musa Senatum:  
Et placat miris iuīda corda modis,  
Dulcia composita scribis dat munera língue:  
Et pro barbaricis congrua verba docet.  
Hec tibi nota satis: longeum Nestora vínce;  
Et semper nostri sit tibi cura:vale.

EOBANO HESSO FRAN  
COBERGIO,

Hanc tibi Trebelius nemoroso vertice montis:  
Mittit vbi Phœbi sedulus antra colit,  
Est prope Niliacos incida sylua Penates:  
Antea. Linigerē tota dīcata Deę,  
Tot quoq; nativo surgentes marmore montes:  
Saxaq; fallaci non adeunda viro.  
In quibus ingenti luctu quēsitus Osyrīs:  
Visq; latet: mōestis & noua sacra parat.  
Profluit hīc puris líquidissima fontib; yndā:  
Fertilis & multo gramine terra víret.  
Hīc errat nemorumq; deę: facilesq; Nape ē:  
Et cum Syluano mollis Oreas adest,

Non hīc clamosum vulgus sic murmurat ore:  
Dultia sed gracilis carmina cantat auis.  
Hec loca Trebelio sunt acceptissima vati:  
Hīc quia cū Musis p̄t̄lcher Apollo manet.  
Quicqd in Aonijs celebratur móribus & quid  
Parnasi sacrī vallib; hic habitat.  
Hīc ego tranquillus: Musis p̄ia carmina canto:  
Et querulo dulcem pectine pulso lyram.  
Nūc quoq; quod canim⁹: saxoso fluxit ab antro  
Quodq; legis: syluis rustica musa dedit.  
Optime cōmuniſt studij comes atq; sodalis:  
Nescio quid: quod te lēserit esse putas.  
Donec eram toto vates inglorius orbe:  
Hessiaco vati iunctus amore fui.  
Nunc Federicea redimītus tempora Lauro:  
Pigror innati flamina furoris erit:  
Falleris o vates: non id p̄ia numina Musę:  
Non dux musarum flauis Apollo sinit.  
Charior es cunctis: chartis dum vita manebit  
Semper eris: nostri non memor esse caue.  
An quia pr̄terij dilectos yrbe sodales:  
Hīc vbi sex turres sydera cella petunt.  
Me ne noui fastus: & inanis gloria tangat:  
Crede mihi: cursu non mora tanta fuit.  
Tardius in patriam venit: tibi singula coram  
Narrabo: societ cum simili hora duos.  
Cogor ab Aonijs iterum discedere syluis:  
Mōestaq; Neffeti tecta sub ire laris.  
Ista precor teneas properatis carmina Musę:  
Sisq; memor nostri: dulcis amice: vale.

# GEORGIO SPALATINO

Christo & Musis sacro ,

Solus eram: & facili meditabar arudine carmē;

Lusit & imparibus nostra Thalia modis,  
Protinus insonuit veheinenti ianua pulsū;

Et tenuere meq̄ līmina tota domus.

Surgo celer: subitoq̄ fores & līmina pando:

Et sedet ante meas candida nymphā fores,

Mox ego dico deq; nisi sit male notus amicus;

Vallibus e Clarijs huc pia Musa venis,

Illa mihi: verum dīcis Notiane Poeta;

Hec Spalatinea littera facta manu.

Sed te pauca mei domini mandata docebo:

Siste pedem; cur me miserit ille canam.

Quo vetus innati peruenit flamma furoris!

Tempore quo longo non ruiturus amor;

Antiquo sic respondes in amore sodali?

Heu yatem pigrum: lentaq; fila lyre,

Sepe salutatus diuturna silentia queris:

Et toto lustro scribis amice semel,

Sī modo sic perges: paucos numerabis amicos;

Vix tibi qui faueat vñus & alter erit.

Te functum vita multi dixere Poetē:

Sunt qui te surdis auribus esse putant.

Dic mihi: quid sacrū preter noua carmina vatē;

Delectat: querulē blandaq; dicta lyre;

Non iuuat argētum: nō munera fulua metalli.

Non ardens Tyrīo muricee lana placet.

Carmīna sola placent: non curant vana Poetē;

Quē maneat omni tempore firma volūt.

I modo te confer sacra ad penetralia Phœbī:

I nemore Isiaco concava saxa pete.

Atq; Spalatino perblādam scribe salutem:

Atq; moue pos̄itam desidiose lyram,

Sic effata: vale dicens: mea tecta relinquit:

Et tibi responsum ferre rogata negat.

Ast ego curarum plenus causa saxa subintr o:

Et perago Musę iussa superba tuę.

Hei mihi: non lucet Lampas Phœbę canenti:

Nube sed obscura tectus Apollo latet.

Et reboant totę Borea spirante latebre:

Multaq; de montis vertice grando ruīt.

Hei vereor: me sic crucient pia numina vatum:

Et mea sit tanto culpa pianda malo.

Parcite dīj superi tuę O Spalatine faueto:

Non vñq tardus vel tibi lentus ero.

Mutus eram fateor: sed erā sine crīmīne certe

Non mens qnē vati scripta ministrat erat:

Quid faciet pulchri: grauibus mēs anxia curis:

Deniq; quam semp publica cura premit:

Quā natī & cōiūx: quā cura domestica torquet:

Barbara quā multa fraude caterua domat:

Texere plura vetat tempestas carmina vatē:

Vix dīgiti possunt scribere amice vale,

DISTICHON IN FORI

BVS PENARII

SVI.

Quicqd habes huc nectareū de prome Poetis:

Appetit Ambrosias Naso Maroq; dapes.

DE POETA .

Nil est in toto præstantius orbe Poeta:  
Ille hominum laudes predicit ille deum.

#### DE EODEM

Pure quis docet eloqui? Poeta.  
Cultis quis studet artibus? Poeta.  
Quis non vendit opes suas? Poeta.  
Quis cum numine nascitur? Poeta.  
Quis nunquam moritur? sacer Poeta.  
Quis post fata magis vigeret? Poeta.  
Olim quis sapiens fuit? Poeta.  
Priscus Theologus quis est? Poeta.  
Ergo Clarius est nihil Poeta.

#### IN SCIOLOS POETA, RVM OSORES.

Cur pecus ignavum carpit damnatque Poetas?  
Impia non patitur noctua lucis aues.

QZ GERMANA IVVENTVS  
recta etræ studia amplectat gaudet  
Inferior nullis docta est Germania terris:  
Egregios quoniam procreat illa viros.  
Gretia pregrandi quondam pollebat honore:  
Dotibus & lingue sola superba fuit.  
Cultior hinc venit Romanæ gloria genti:  
Et facta est verbis terra Latina potens.  
Sic quis sero: dedit Germania quicquid  
Acceptum Grais Aufonisq; fuit.  
Prosequitur latias pubes Germana Camoenas:  
Hauriat ut lingue larga fluenta suæ.  
Inde fauent Musæ fauet & formosus Apollo:  
Namque potest iuuenis plus seniore loqui.

#### IN BRVNONEM ZOILVM.

Quid nostram laceras inuidie Musulam?  
Romano studio cum sapias nihil;  
Bruno crede mihi non mea nomina  
Denigras: refugit perdita noctua  
Ales quod resonat carmen in arbore;  
Auritusq; asinus nil sonitum lyre  
Curat: sic rigidus Delphici Apollinis  
Contemnis modulos sacraque carmina:  
Et iactas patriæ te fore gloriam:  
Es monstrum patriæ falleris horridum.

#### IN CALVVM.

Quæ te secula quive te parentes:  
Tam falsum & varium dedere caluit?  
Credo Falciferi senis malignum  
Te sydus genuisse nocte monstrum.  
Vel si quid magis est graui noctuum  
Saturno: rigidaque falce peius,  
Et Plutona reor tuum parentem:  
Matrem: quam Stygius rapit maritus:  
Quid si dixero Demonasq; & omnes  
Fratres esse tuos: tuas sorores  
Cocytii furias trucesq; Nymphas.  
Nam peior Sathanus: dies vagaris  
Totos: nec capis antea quietem:  
Qz carpat mala lingua mille ciues:  
Non solum mala lingua sed petulca:  
Sed virofa: loquax: trisulca: mendax:  
Christum tradere que maligna posset.  
Linguam falsidici Sathan labelli

Diseerpat variam; seratq; secum  
In terras Stygijs vadit tenebris;  
Nymphae Niliace vetusta rura  
Ne tradas; patriamq; Calue gentem.

### IN EVNDEM.

Vero vera canam pectore carmina:  
Quę credent iuuenes: quę puer: & senex:  
Et quę cum monacho presbiter approbet:  
Quę non falsa putet virgineus chorus:  
Cumq; ipsiis vetulis bellapuellula:  
Et quisquis male fert perfida guttura:  
Sed vultis referam: quod modo cōprobent:  
Omnes vnanimes: nullus & improbet:  
Audite O iuuenes: o puer: & senex:  
Audi cum monacho presbiter & bone:  
Audi vera canam turbaq; vírginum:  
Et tu cum vetula bella puellula:  
Audi quisq; times perfida guttura:  
Caluus pestiferi díssidiij pater:  
Et quod nemo negat proditor ímprobus:  
Crines fronte gerit: nec modo Caluulus  
Appellantus erit: nam coma plurima  
Illius nítido vertice profluit:  
Atq; est híc pueris comptior omnibus.  
Sed iam coeca loquor: nec mihi creditis:  
Vobis plana canam: queq; probabitis:  
Caluus vípereis crínibus vndiq;  
Horret: Gorgoneis & scatet anguibus:  
Nec sunt Eumenides huic similes deę:  
Quamuis innumeris tempora vermis

Cíngantur: superat omnia Caluulus:  
Non vultus hominis: sed faciem ferę:  
Te vidisse putas: si semel hunc vides:  
Sic est tartareis ille simillimus.  
Monstris: Letiferis plenus & anguibus.  
Hunc omnis fugiat: damnet: & exprobat:  
Linguam fallidicam qui timet & fugit.  
Nanc est pestiferi díssidiij pater.  
**HENRICO MOLITORIO QVI**  
puellam Gothanam vxorem duxit.  
Multum Henrice tibi debet Nessa inuentus:  
Et debet multum nostra Thalia tibi.  
Duxisti letū sub menia nostra triumphum:  
Dicere deficiam q; placet ille mihi.  
Sic paris & Theseus sic Castor sic quoq; pollux  
Sic Perseus: & sic letus Iason erat.  
Sed tu: quid dubitas: multo es fœlitior illis.  
Nam tua formosas vincit vbiq; Venus.  
Gothanos spolias Nesseam victor in urbem  
Aduenis: & curru bella puella sedet.  
Que truię formam posset superare Diana:  
Nudaq; Iunonis laudibus esse prior.  
Sederat insigni verum est Venus aurea curru:  
Aurea gestabat tēla Cupido manu.  
Margaris & Ieto fuerat Materna triumpho:  
Qua non Isiaca pulchrior urbe manet.  
Et bene si vidi candentí splendida vultu:  
Elsula tam cultis iuerat ipsa rotis.  
Atq; alię multę: quarum nunc transeo nomen:  
Que nítidi currus nobile pondus etant.

Pronuba vírgínibus Gothanis Iuno fauebat;  
 Vísa cano præsens hic Hymenæus erat.  
 Aera vocat populos: occurruunt agmine denso  
 Isiaceꝝ matres Isiaceꝝ nūrūs.  
 Vndicꝝ plectra sonat: facilem dat tibia cātum:  
 Et ducit lētos pulchra puella choros.  
 Hinc tu purpureo recubans Henrīce grabato:  
 Excipis in sotium munera grata thorum.  
 Nam veniūt: tibi qui portat: tua vota: puellam:  
 Et tribuunt tandem dona petita diu.  
 Vtere blanditijs: & totis víribus insta:  
 Nunc iacet in gremio bella puella tuo.  
 Hec subito cecini: placuit Gothana puella:  
 Otia cum fuerint mox meliora canam.

### AD VIRGINEM MARIAM.

Virgo fane super os que vírcis laudibus omes:  
 Queꝝ paris summum vírginitate deum  
 Nec contemne tui iuuenilia munera vatis:  
 Carmine qui numen fert celebrare tuum.  
 Tu terram cœliꝝ regis fulgentia regna:  
 Et premis imperio dēmona vírgo malum.  
 Nuntius ethereus dulci te voce salutat:  
 Inde tument sacro viscera casta deo.  
 Quem non syderei tractus non culmina cœli:  
 Nec capiunt summi mœnia clara throni.  
 Tu capis: & celebris fœcundo pectore mater  
 Concipis: & patrem filia casta paris.  
 Miratur natura nouos in vírgine partus:  
 Fœcundęꝝ negat vírginitatis opus.

Aurea Chrīsticolis renouasti secula vírgo:  
 Nam princeps pacis te genitrice datus.  
 Eua locum miseris clausit temeraria sacrum:  
 Tū Paradisiacas pandis amica fores.  
 Vnica tu nobis seruatrix: aura: salusq;  
 Exilio nobis vnica mater ades.  
 Annue vulnigeri mater sanctissima Chrīsti:  
 Et mea ne maneant: irrita vota: faue.  
 Imbue Dūringam Latiali carmine linguam:  
 Pierios numeros nec mihi vírgo nega.  
 Non ego Parnafum: nō vana vocabula: Musas:  
 Non líquidos fontes ad mea plectra voco.  
 Tu mihi Calliope: Pallas: Dircęaꝝ Princeps:  
 Tu mihi quod priscis vīctus Apollo fuit.  
 Perpetuū mihi carmen eris: tibi plectra lyrāꝝ  
 Dedico & ingenij munera parua mei.  
 Ferre potes castis solamīna firma Poetis:  
 Et sacra demeritis nectere ferta víris.  
 DIVO SEBASTIANO  
MARTYRI.

O Iouis summi venerande miles  
 Martirum splendor: fideicꝝ gemma:  
 Cui poli rector víridi corona  
 Tempora cinxit.  
 Aeris crassi víciū repelle:  
 Plumbeos austros pluuiā madentes  
 Tolle ne spargat rabies venenum  
 In genus omne.  
 Serpīt occultis male nota pestis  
 Gressibus: sternens senium: iuuentam:

Nemini parcens: faculatur ignes:  
     Vlcera somnum,  
 Ledit afflatus: grauis aura: duro.  
 Oscitat vulgus: viciantur urbes:  
 Occupat languor homines ferasq;  
     Omnia inerent,  
 Denegant nobis elementa vitam:  
 Imminet finis: fugit atq; nostr<sup>e</sup>  
 Gaudium vite: pauidam minantur  
     Omnia mortem,  
 Surgit: Eo radiante phoebo:  
 Letus e molli iuuenis grabato:  
 Sole demerso; moritura ponit  
     Membra pheretro.  
 Quur tuis o sancte Sebastiane  
 Auribus suppplex modulus precantum  
 Insonet: nostr<sup>e</sup> capiasq; mentis  
     Intima vota.  
 Flecte coelestem meritis Iesum  
 Aufer irati Iouis & flagellum  
 Dira ne contagia mille gentes  
     Perdere ten tent.  
 Hoc petit cunctus populus senesq;  
 Hoc puer: robur iuuenile: mater  
 Et pater charus; trep ide puelle  
     Fœmina virq;  
 Solus optatam poteris salutem  
 Ferre: qui sequis tenerum sagitis  
 Corpus expandis: paterisq; mortem  
     Nomine Christi.

IN CH.B.FRANCVM.  
 Est quidam qui se vellet non esse Poetam:  
     Et penitus spreti Vatis habere nihil.  
 Quod cupit insanus: faciles tribuere furenti  
     Musæ: nam miser hic nil recitare potest.  
**IVVENTVTI FRANCOPHORDIANE**  
 Musas Pierides: lyram sonantem:  
 Cum priscis Rhodium deum poetis  
 Aduexi: docilis tibi iuuentus:  
 Cum nymphis pariter Deę latinq;  
 Aduenere modo: decens orgas  
 Venit cum satyris: adest Napaea  
 Cuncta et sacra deum Poeticorum:  
 Nunc quicquid latiē docent Camœnq;  
 Paruo tempore: nec labore magno  
 Si vis: Trebelio potes magistro,  
 Letus discere: teq; per virentes  
 Cyrrhe colliculos nemusq; Phœbi  
 Et flauæ celebres domus Mineruæ  
 Tutus credere: nec timere quicq;  
 Olim e virginea tibi coronam  
 Lauro nectere: candidi & poetæ  
 Venari decus atq; honos perhente.

EIDEM.  
 Si te Cœcropie thalamos intrare Mineruæ  
     Et si Thespiadum tecta subire iuuat.  
 Vel si Parnassi binos te visere colles  
     Delectat Clarij vel sacra templa Dei.  
 Deniq; virginea mecum si tempora lauro  
     Et compatum Bacchi cingere fronde caput.  
 Eij

Huc ades; ingēnuas nā me ductore Camēnas  
Cognosces; latiē blandaq̄ fila lyre.  
Ibimus in Phœbi syluas ad culmina Cyrrhē  
Hic ybi Castalio profuit ynda lacu.

### DE POETIS

Heu Frustra miseri canunt Poetę;  
Et nullos cupiunt modos auari;  
Non surdos Cytharę iuuant lyreq̄;  
Cum Phœbo pariter iacent sorores  
Sprete Pierides;carentq̄ fronde  
Serpentes hederę virensq̄ laurus,  
Quis;sī Vergilius Maro rediret;  
Vel Flaccus lyrici pedis magister;  
Mœcenas foret optimis Poetis;  
Nasones mea secla Statiosq̄  
Producunt;sed,n.benignioris  
Hic sortis fuerat;suas Camēnas  
Vendit;nec patitur famem inquietam;  
Non est;qui modo;cum nouem puellis;  
Parnasi celebres emat cauernas.  
Quare qui miser omnibus diebus  
Nudus pauper;inops;egens vel Irus;  
Aut Codrus fieri volet;vel vsq̄  
Hebreo similis sedere Iobo;  
Is vates legat & Poeta fiat,

### EPITAPHIVM Conradi Celtis

Heu periit Celtis Germanę gloria terre.  
Qui primus nostro Lauriger orbe fuīt.  
Defunctum vita docte fleuere sorores:  
Celtica post struxit tristia busta cohors.

### ALIVD.

Nunc moriens postq̄ clausit sua lumina Celtis:  
Iuit ad Elysios:tecta beata:lares.  
Lauriger & Graios inter Latiosq̄ poetas:  
Personat aurata:carmīna blanda:cheli.

### IODOCO TRVTPHETTERO THEOLOGO ISIACO.

Nunq̄(crede mihi) tuum peribit  
Isennache decus:sed vsq̄ pulchrum  
Et crescens:nitidum caput nouabit:  
Quid:robur spatio feret dierum:  
Immo post Pylij senis trecentas  
Aetates spetiosius virebbit:  
Nam tu maximus omnium sophorum:  
Et princeps celebris Theologorum.

### AD DIVVM FEDERICVM LA tinī Imperij Septemuīg: Saxonie ducem & omnium studioso rum patronū pro Laurea Appollinea Votum.

Salve Durīngi Princeps inuicte Leonis:  
Salve Saxonici Rexq̄ paterq̄ soli.  
Te duce:nescio quē dicūt iam Teutona regna  
Viuere: Tarquinio Semideisq̄ parem.  
Sunt nūeo nobis princeps Federice lapillo  
Tempora natalis(crede)notanda tui.  
Est Fabius tecū nat⁹: Numa: Romulus: Ancus:  
Scipio: Pompeius: Fabritiusq̄ Cato.  
Integer & tecum rediit Traianus in orbem:  
Luce tua Curius est quoq̄ Nerua datus

Ipse tuo populo solamen; portus; asylum;  
Non tibi sed patrię dux Federice regis,  
Nobilis es totus; pietas; prudentia: totus  
Religio totus; totus es atq; fides,  
Summa Panōphēo condīs delubra tonantī;  
Et strūis e Pario marmore tecta deis,  
Quid memorē pulchras q̄ vidī Witteneburge?  
Aediculas superum; cultaq; templa Louis;  
Hec puto Palladīa construxit Dēdalus arte;  
Hec puto Mentoreē composuere manus,  
Cernere vis magni sculpturam Pygmalionis;  
Hic potes; ingenium Praxitelisq; boni,  
Hec Triuię superant īgentia tempia Dianę  
Cornigeri Ammonis cedit & ara frēquēs,  
Non licet his sacras edes cōponere: quas iam  
Multimodo luxū barbara regna vident,  
Pro tot munerib; trībuat tibi Iuppiter opto;  
Dīuitias Crœsi Dīuitiasq; Mide,  
Et trībuat fluij Ganges; Pactolus & Hermus,  
Et Tagus & quicqd Persia diues habent.  
Solus enim argentū fulū quoq; cōgeris aurū;  
Vt patrię laudes accumulare queas,  
Excipis & paſcis Doctores atq; Poetas;  
Erigis Ausonias Palladiasq; domos,  
Tu placidum sydus: dulcis tu flaminē sp̄irans  
Aura leui: doctis sp̄esq; salusq; viris,  
Principe te Geticus nostris expellitur oris,  
Sermo: te dabítur língua latīna duce,  
Romuleus cernens id Cesar Maxmylianus;  
Te Phœbi magnum numen habere facit,

O decus ēternum; patrię o noua gloria nostre:  
Imperium Cyrhē Saxona regna te nent.  
Parnasus tuus est: Helicon; Aganippidos vndē  
Eurotas; Cyrphīs sub tua iura cadunt.  
Carmīa vīrgineus cantat tibi docta Cytheron;  
Et Rhodium dicit te Clariumq; deum.  
Phocidis arua regis: Dīrcēi pocula fontis  
Porrigis; & Yates alter Apollo facis.  
O Patareē faue: Sol; Pēan; Delie; Phœbe,  
Phythie; Pierio da mihi fonte bībam.  
Duc me conspīuā liqdī ad Permessidos vndā:  
Quē subito Yates efficit hausta sacros.  
Nyctilij frondes & castē vimina Daphnes  
Imponas nostris Dux Federice comis.  
Per tibi Phœbeo iuramus vertice crīnes:  
Cornua per Bacchi Calliopesq; lyram.  
Et per Cecropię iuro thoraca Minerue:  
Iuro per Gnidijs tēla facesq; Dei.  
Perq; deos omnes coluīt quos prisca vetustas:  
Et per Castalios Pieriosq; lares.  
Te mea Musa canet: nostre dicentq; Camœnē:  
Et tua vīcturis versibus acta canam.  
Fortia Romulei canit alter pectora Regis:  
Et sacra laudato Cesare ferta gerit.  
Clara ego magnanimi Federici nomina versu  
Et meritas laudes dignaç; facta cano.  
Tu mihi: si mereor: si te mea carmina tangunt:  
Condignos títulos & dare dona potes.  
Nec sitio nummos: tu pondera fulua teneto.  
Non aurum vates sollicitare solet.

Frondea Nessum dicit velent ferta Poetam.  
Hoc unum tribus mens animosa cupit.  
Non decet ut tanti moriatur Principis acta:  
Carmine: sint vates: qui tua gesta canat.  
Quem referent docte latiali carmine Muse.  
Et quem pieti concinueret viri.  
Illi haud ullos minuetur fama per annos:  
Nec teret illius nomina tempus edax.  
Vivit dum variis tellus polydeta flores:  
Sydera dum coeli: dum feret vnda rates.  
Marmora cum ferro vincit: cum tempore vivax  
Certabit: fractum postquam adamanta viret.  
Sic pius Aeneas vivit: sic Thesea noni:  
Sic Mœcenatis nomen in orbe manet.  
Sic est de superis unus Tyrrhenus heros:  
Sic sunt Montea Pergama facta manu.  
Et tua fac olim clarescat maxima virtus:  
Da te materiam carminibusque meis.  
Templa quid etherei prodest struxisse tonati?  
Munera que toties Witteneburga capit?  
Quid superasse iuvat belloque togaque Catone?  
Et sanctum sacra religione Numen.  
Si tua doctiloquu modo nesciet aula Maronae:  
Si tua Naso nem patria ferre nequit.  
Marmore facta ducum signavit prisca vetustas:  
Et stabat medio scalpta columna foro.  
Exemplum vite coram videre nepotes:  
Et speculo vitam composuere suam.  
Ducebat Reges post Martia bella triumphum:  
Laurea victrices ferta tulere come.

Audens tunc habuit Mauortia corda iuuentus:  
Parta illi bello gloria calcar erat.  
Omnis nunc letos fastidit terra triumphos:  
Nullius est hodie Regis imago foro.  
Candida Phœbe temnuntur gaudia famæ:  
Satque suæ gentis laude tyrannus habet.  
Inde fit ut molles videant hec secula reges:  
Vtque gerant pauci Martia bella Duces.  
Tu caue barbaricos imiteris maxime Princeps  
Dulce sit incepcta fortius ille via.  
Perge viros doctos celebresque fouere Poetas:  
Nomine Romanos sic superabis auos.  
Precipueque tua foueas qui laude laborant:  
Et te qui toto vivere in orbe velint.  
In quoque numero primas mihi vendico sedes:  
Namque tuum calamo nomen & ore cano.  
Fortem Teutonicis Federicum scribimus oris  
Vivere: semideum qui bene tendat iter.  
Maxima virtutis tribuat qui munera sacra:  
Qui bonus Ensifer sit patrioque pater.  
Principe quo letos het inclyta Mylona colonos:  
Horrida Duringus nec timet arma leo.  
Quare Nessus vel exaudire Camenas:  
Et breue Parnasi pandere montis iter.  
Et dare de viridi frondentes arbore ramos:  
Carpere quos Phœbum Nyctiliusque ferunt.  
Non hec externis cecinit vagus hospes ab oris:  
Sunt hec Iisiaco carmina facta solo.  
Albi Castaliam duce te desupsumus vndam:  
Tangere me docuit Witteneburga lyram.

Omnē tibi dabit: quicquid mea plectra sonabūt:  
Seruiet eternum nostra Thalia tibi.  
Viue vale princeps & sis memor opto Poete:  
Sic mihi magnanimus dux eris usq; ducū.  
Viue tibi triplices firmissima fila sorores:  
Ducant perpetuo dux Federice vale.

### RESPONSVM PRINCIPIS.

Accipe Parnasi deceptas vertice frondes:  
Texeruntq; nouem que tibi ferta Deę.  
Inter Laurigeros & sis Hermane Poetas  
Frondibus insignis conspicuusq; sacris.

### AGIT POETA GRATIAS.

Cesareo veteres gaudebant numine Vates  
Et sacra purpureos Musa trahebat auos.  
Emeruit Calabros quodam pater Ennius ortos:  
Possidet Andinus rura paterna Maro:  
Capta Pindarici manserunt vrbe nepotes:  
Hetruscus Flaccum carmine laudat equeſ.  
Carmine qd nostro coner memorare: qd Oppi  
Anus in Aonia profuit arte patri.  
Aurea doctilo quo cecinit qui carmina plectro:  
Aurea nam quiuis munera versus habet.  
Omnes quis poterit modo cōmemorare poetas:  
Prēmia qui scriptis magna tulere suis.  
Quisq; duces celebrat magnos v'l carmie Reges  
Hinc gaudet facili quiq; Poeta duce.  
Nos Aganippeos duce te Federice liquores  
Haſsimus & liquidas Bellerophōtis aquas

Te duce flexipedes hedere mea tempora circū:  
Serpēt & laurum fert coma nostra sacram.  
Iam mihi da meritas Federico soluere grates  
Delphica q; placido numine templa colis.  
In terris regem faciant te numina Dium:  
Et latij regnum dent Federice tibi.  
Mors Paradisiacam tribuat tibi sera coronā:  
Teq; creet decimo Christus in orbe ducem.  
Viue prius Pylij tercētum Nestoris annos:  
Q; velit ad superos sp̄iritus ire lares.  
Mitis Ioannes valeat per secula longa:  
Qui te fraterno vincitus amore colit.  
Viuite concordes: pereat qui fratribus obſit:  
Dispereat qui non numina vestracolit.  
Vos iuuenes leti: vos innupteq; puelle  
Et vos matronę cum seniore canunt.  
Vos tanq; Mannū Germania tota celebrat:  
Sunt etiam Carolum qui rediſſe volunt.  
Per vos Germanis nunc viuit Pollio terris:  
Vos Mœcenates secula nostra vocant.  
Vt virtus crescat fuluo non parcitis auro:  
Vsq; patent Clario limina vestrachoro.  
O sita fœlici schola Witteneburga sub axe:  
Que potis es Latij verba docere soli.  
Austriacę studijs es compar sola Vienne  
Vtraq; Musarum numina docta colit.  
Vtraq; dat Phœbi vitidem de frōde coronam:  
E gremio ambarum Castalis vnda fluit.  
Crescite: & in summum fœlicibus vndiq; fatis  
Surgite Germani bina trīphoęa soli.

Errat Teutonico Musas qui rure negarit  
Pierios Vates Albis & Ister habent.  
Aspice litor edax Duringo vertice laurum:  
Inclyta quam nobis Witteneburga dedit.  
Witteneburga pios Cirrheo munere Vates  
Donat: Gymnasijs anteferenda tuis.  
Laudibus immodicis rutilatia sydera pulsas:  
Palladij Rector Petre Lupine domus.  
Moribus vscq; tuis regitur studiosa iuuentus:  
Das pueris iusti ligna probata viri.  
Te superi saluum seruent Martine Polichis:  
Prospera Cumq; os dent tibi fata dies.  
Vscq; tuis faueant coelestia numina votis:  
Det Wolpho longos grata senecta dies.  
Ille quidem dignus vitali vescier aura:  
Nam iuuenis tetrico plus sapit arte viro.  
Eloquio vincit magni Demosthenis ora:  
Eloquio Marci vim Ciceronis habet.  
Viuite perdocti foelitia membra theatris:  
Quę fouet in molli docta Minerua sinu.  
Vos puto Doctores vos egregiosq; Magistros  
Qui mihi per Sophie rura dedistis iter.  
Vestrar perpetuo cantabo carmine laudes:  
Nomina Romano pectine vestra canam.  
Grates atq; tibi refero studiosa iuuentus:  
Auxisti nostrum q; modo leta chorum.  
Sis docilis semper rogo Witteneburgia pubes:  
Hoc cupit: hoc vnu Dux Federicus auet.  
Fundite tpus adest Campana falerna ministri:  
Dulcia non parca Zacchara ferte manu.

Nuc bibite: Aonias & non conteneite lymphas:  
Cum fortuna dabit mox meliora dabo.  
Tpus & hora iubet suspedita plectra Camoenę:  
Vos cum Principibus Dij tueantur Amen.  
**DE DIVI FEDERICI ET IOAN**  
nis Germani sui relligione.  
Aurea non tantum laudabunt secla nepotes:  
Fama nec antiquos sola manebit auos.  
Piero cantu Federici nomina vivent:  
Nomina Bladisona cōmodulanda lyra.  
Fratri Ioannis non vnq; fama peribit:  
Quo non in toto mitior orbe manet.  
Fiet & id merito: cultores numinis ambo  
Sunt quoniā: & patrię portus & aura suę  
Sola nec Aethereū veneratur Gallia Christū:  
Ipsa etiam diuos Saffona terra colit.  
Principibus nostris non est virtute vel arte  
Aut similis cultu (Zoile crede) dei.  
Quid referā doctos cantandī lege Magistros:  
In gremio tutos quos fouet aula ducum.  
Aspice Diuorum cantū qui numina placant:  
Et superos dulci molliter ore vocant.  
Aspice qui Thamyrin vincut & Orpheus cantu:  
Et qui Mnemosinē Thespiaedesq; nouem.  
Victus Thebanā cythara qui condidit urbem  
Sprętaq; Arionię gloria magna lyre.  
Hi veteres vincunt cantores & cytharedos:  
Hi quoq; Sirenum dulcius ore canunt.  
Organa: psalterium: cytharas & plectra tacebo:  
Quę laudes superum nocte dieq; canunt.

Tanta est nostrorū prēstantia tantaq; virtus

Tanta est nostrorum religioq; ducum.

EOBANVS HESSVS FRANCO  
BERGIVS HERMANNO  
TREBELIO NOTIANO

Poetē Laureato.

Sī mihi Vlyssēq; viuens facundia língue  
Et lepido doctus cederet ore Maro.

Sī totus chorus Aonidum sī totus Apollo  
Cederet & quicquid casta Poesis habet.

Deficiam modo sī coner describere quantum  
Sī tuus in nostro pectore fixus amor

O iucunda dies quē te mihi prima videntum  
Obtulit & vultus gratior hora tuos,

Est aliquid fama sacros nouisse Poetas:  
At coram est oculis cernere maius opus.

Ille Thyanei memoratur Apolloniā ardor:  
Talis & accensa mente fuisse furor.

Sublimi ut doctū residētem in culmī Iarcham  
Cerneret ignoti captus amore viri.

Antea cura deum: notus mihi Manne suistī:  
Q̄ manū iunctam ferret vterq; manū.

Quando tuos coram līcuit mihi cernere vultus:  
Casta verecundus venit in ora pudor.

Tu mihi quem prefers dixisti pone pudorem  
Non eget hic villa simplicitate locus.

Fortia nanc; decent animosos pectora Vates:  
Esse solent mollii mollia corda viro.

Sic leo sic fortis spumans in frena Caballus:  
Aurea magnanimum tollit ad astra caput

Quid:ne credideris: coram pauxilla Marone

Audebit fatuus verba ideo ta loqui.

Attamē h̄e poterint tibi persuadere Camœnē  
Q̄ lateat vilī mens animosa domo.

Sed quid plura loquar: tua me prēstia dulcis  
Lēticia vacuum non sinit esse noua.

Te prius optabam coram q̄ cernere possem:  
Affectus capiunt nunc mea vota suos.

Texere longa vetant fessę iam carmina vites:  
Et breuis optatas denegat hora moras.

Hec quencūq; olim te sors vaga iactat in orbē  
Testentur flammis carmina cruda meas.

Hec olim asp̄tiens: quis puerilia: dicas:  
Munus amicicē sunt Eobane tuę.

Vite decus Patrię longos Hermanne p annos:  
Det tibi longeos grata senecta dies.

EOBANVS HESSVS HERMAN  
NO TREBELIO NOTIANO  
POETAE LAVREATO

SVO.

Legimus: haud sordent Nesseti carmina vatis  
Carmīna Iudicio s̄epe probata meo.

Et mihi nulla tuę subeunt fastidia. Muse  
Et iam nostra tibi cernere scripta licet.

Scilicet Iſiaco dum sint mea carmina vati  
Illius Hessiaco quod solet esse chelis

Ogtime communis vite comes optime vates  
Immeritę causam suspitionis habes.

Sed decuit: vatem dum nuper amasti  
Sollicitus: noster langueat ardor: eras.

F ij

Dumq; adeo nostr; seplitur littera dextre  
Non leuis est menti nausea facta tu<sup>e</sup>  
Hoc facit innatus calor: inuiolabilis ardor  
Quo superum vates munere cura sumus.  
Nil mortalis habens Mus; flamma furoris  
Vnde datur: pulchr; viribus astra subit  
Vidimus: agnouiq; libens: q; fidus amoris  
Sis & non ficit cultor amicicie.  
Attamen ingrato nimis indignaris amico:  
Parce precor: telo ne feriare tuo.  
Gratus era( memini) tuc quu sine criminie vates  
Colloquio vatis simplicis usus eras  
Spes tamen hec nostro successit adultera voto  
Tu quereris: possim ne prior ipse queri.  
Callidus es certe. questurum preuenis: huius  
Si nescis: culpe preses & autor eras.  
Tempora compturus lauro longua Ducal;  
Prima nouo dixti carmina vate feres.  
Fauit Apollo tibi: Vates ornate redisti  
Cumq; nouo fastus discis honore nouos  
Non mihi te viridi redimitum tempora lauro  
Non licuit mus; scripta videre tu<sup>e</sup>.  
Non plaudete nouu Cythara exceptisse poetam  
O nimium visa: facte superbe Claro  
Scilicet hac no s; Redimitus fr;odes! Quid ergo  
Non merui prisca dexteritate coli.  
Ergo quid incusas insontem criminis huius:  
De quo non dubie poenitusse potes.  
Nostra ut poeniteas: Musa e sine criminie vindex  
Versa feris in te fastibus arma carent.

In nunc innocuo scelus exprobrare studetos  
Lentus eram fateor: tu quoq; Lentus eras  
Seu Maro: seu Thamyras: flamas seu narret  
Nra sati meti flama pbata tu<sup>e</sup> ē. (Apollo  
Precepis ut taceam. sed & in clamata tacebit  
Rana prius: vatem posse tacere putas?  
Ut taceam pro me sylueq; & saxa loquentur  
Queq; notat medium rauca Cicada diem,  
Me patrie tibi Rura tu<sup>e</sup> sylvestria dicent  
Vrbs ybi Nilaco de boue nomen habet.  
Forsitan & Nymph; circum Neissa vagantes  
Littora: erunt testes in tua damna meq;  
Precepis ut taceam. vos obmutescite Mus;  
Pendula quid blesse soluitis ora deq;  
Quid dubitas eterne. opifex non vltime famq;  
Sola in te placeat si tua barba mihi  
Non coma: no barba est ta longi causa fauoris  
Non grauis & nullo Rore capillus olens.  
His ego non moueor: nec vita poetica tales  
Delicias luxu querit habere malo.  
Carminibus moueor: stulte ceu cantibus aureo  
Sirenum equoreas nau secante vias.  
Hec ppter mihi char; eras: charusq; manebis  
Thrax rutilo donec stat lyra fixa polo.  
Qui properans abiturus erat. properare coegit  
Latus dextr; carmina nostre tu<sup>e</sup>.  
Lauriger hessiaco vates coniuncte poete  
Mystica sic veri numina vatis ama.  
Vine decus patrie: sic te cantauimus olim:  
Maiori certe voce canende. vale.

EBERHARDVS VERBERIVS DAN  
TISCVS HERMANNO TRE  
BELIO NOTIANO POE  
TAE LAVREATO  
PRAECEPTORI  
SVO.

Candida sydereo fulgebat Cynthia cœlo  
Pulchraq; purpureos Luna vehebat equos  
Cum mea fulmineo reboarat ianua pulsu  
Ictibus & duris insonuere fores  
Mollia disuetum stupefecit corpora factum  
Clar aq; rugosus polluit ora timor  
Quid facerem nōstrę fuerat res inscia menti  
Afflxit sensus anxia cura meos  
At ferus immotos dum liquerat horror ocellos  
Et graue dum tenero corde recessit onus  
Concipio solitas animoso pectore vires  
Suspensiōq; meas corde repando fores  
Casta recuruatis visa est tunc musa lacertis  
Dulcia threptiq; tendere fila lyre  
Vt stetit in terram nitidos deiecit ocellos  
Hosq; suo querulos edidit ore sonos  
Lauriger Isiaca venit Notianus ab orbe  
Carmina qui blandis nechtit amena modis  
Qui pius insulte liquit fera murmura turbe  
Quodq; tulit coecum saxe a terra pecus  
Barbara non potuit doctum gens ferre poetā:  
Sed rabido sacrum leserat ore virum  
Nemo hic diuinī querebat Apollinis artes  
Sed qui Corycides roderet hostis erat

Namq; erat hic stulti furialis turba popelli  
Quę nouit sanctis se assimulare viris  
Aurea quę blandis exposcit munera verbis  
Et fallit iuuenes: decipit atq; senes  
Quę nunq; latias didicit componere voces  
Verba nec Aonijs fingere digna modis  
Attamen hec colitur larualis turba per orbem  
Et plus q; vates: q; superiq; potest  
Nunc Musę sine honore iacent. nūc delius ipse.  
Nunc alget studio casta minerva suo  
Nunc tibi pro blandis: & sacro vate: camoenis  
Barbariem semper rustice liuor habe.  
Hec loca pierius vates & rura perosus  
Noluit indignas inhabitare casas  
Docta sed intardo petitur Francfordia passu  
Flamus ubi liquidas Odera voluit aquas  
Quaq; patet blandis aptissima prata camoenis  
Quaq; virent bromij munera larga dei  
Ipsa comes fueram: nec vatem Musa reliqui  
Nec Phœbus: Charites: pegasidesq; nouem  
Crudam Castalijsq; sitim faciavimus yndis  
Depulit obscenam laurea bacca famem  
Mollibus & duros rosulis conseuimus agros  
Ne premerent teneros aspera saxa pedes  
Bladaq; frōdiferis resonabant carmina sylui  
Et reboans captos reddidit echo sonos  
Aurea tunc raris exterrita delia monstros  
Emisit valida saucia tela manu  
Barbara cum doctas vidit per rura sorores  
Errare auricomio concomitante deo

Grande uoq; senēx aderat syluanus honore  
Temporib; tremulis frondea ferta gerens  
Atq; ait o nymphē quis vos huc impulit error  
Non hic o mīlerē phocidis antra manent  
Dixit: & ausonides hec vētis verba relinquent  
Nec tunc responsum que daret illa fuit  
Desist & querula rufus pan flare syringa  
Carmina ne docti lederet apta chorū  
Et driades: fauni: satyri: nymphēq; napēq;  
Conantur nostros edidicisse modos  
Et dum sic tacito lustrant vestigia passu  
Atq; omnes blandis obstupuere sonis  
Quę sit Melpomene: dicitans vel carmina Clío  
Inter se quę sit: docta Thalia: rogant  
Altaq; rainiferas flexisse cacumina syluas  
Vidimus: & vastas obstupuisse feras  
Nunc postq; sequis illum deduximus oris  
Inculpat musas turpiter ecce suas  
I celer & vatī mordaces excute curas  
Et releua dīctis languida membra tuis  
Iussa deg perago: calamum mea dextra resumit  
Scribit & Aonijs qualiacumq; modis  
Excute conceptos e casto corde dolores  
Et fugiat musas auxia cura tuas  
Non sibi vult mestos vates cithereus Apollo  
Ingenium letum carmina leta volunt  
**VLRICVS HVTTENVS HER**  
manno Trebelio Notiano Poetē L.  
Accipe ab Hutteno blādam Notiane salutem:  
Deg peregrinis carmina missa locis.

Tu: fati melioris: agis scelitus eum:  
In promptu est studijs vita quieta tuis.  
Dat tibi conspicuas agilis fortuna paratus:  
Sumis adoratos absq; labore cibos.  
Tu yeneris dotes: lasciuas gaudia carpis:  
Nam fauet amplexus foemina pulchra tuos.  
Dumq; ego querēdis cogor spem ponere rebus  
Vtere fortunę cōmoditate tuę.  
Nos incertus amor multo discriminē turbat:  
Tu capis in proprio gaudia plena thoro.  
Mesta peregrinas adeunt mea carmina terras:  
Tu facis in patrijs carmina blanda locis.  
Adde q; impastus seruilia carmina canto:  
Tu saturo placidos excipis ore modos.  
I superos donis: & grata voce saluta:  
Cui nent fatales fila secunda deę.  
**ANDREAS MANOVIVS CVS**  
**LINENSIS POMERANVS:**  
**IN CANES ISIACOS:**  
**TREBELIVM ALLA**  
**TRANTES**  
Quid furis ah demens? quę te dementia vexat:  
Vt laceras doctos Lauriger osq; viros.  
Forsitan Alecto tinxit tua labra veneno:  
Atq; es de coecis tu quoq; stulte viris.  
Quid celebres Musę quid cōmisere Poete:  
Contra quos latras per sacra templa Iouis  
Desine Meonios ultra iam carpere Vates:  
Quod nescis culpas: quod fugis ipe neq;  
Poeta vincit viperas.

EIVSDEM IN TRIVMPHVM TREBE  
LII PRAECEPTORIS SVI CON

gratulatorium carmen.

Ducere conspicuos poteris. Notiane triūphos:

Voceq; blandisona dīcere lētus Io.

Nam te fœlīcem fœlīci sydere natum:

Duxit ī Aonios Calliopea choros.

Effecitq; sacrum diuīno carmine Vatem:

Contulit & lauros Pieriamq; chelim.

Nūc fauor hoc vīuo trībuit tī: quod modo pau-

Fert post exeqas: serior hora: vīris. Cis

Theuthonico vīuu cantaris ī orbe Poeta:

O quāta est cīnerī fama futura tuo.

Calliopes natum dīcit te lēta Iuuentus:

Nasonemq; suum Callimachumq; vocat.

Ducere: cur lētos poteris Notiane triūphos:

Voceq; blandisona dīcere lētus Io:

CHORVS POETARVM REI

publīce literarīe: Aduersarijs.

Doctiloquos perget quīcūq; laceſſere Vates:

Non Vates: sed nos sentiet esse lupos.

FINIS.

MENDAE HOC LIBELLO EMACV  
LANDAE HAE SVNT

B quīto semipagīna .j. versu duodecimo vitī ī  
tur nō vetiātur . deinde versu .iiij. Hippomanen  
non Hippomanem.

C

C. j. semipagīna .ij. versu decimono Quīdue  
iuuant . C. ij. semipag. j. in Epitaphio Heliq  
Tre. scribe Ante diem puerum cunis necat &c.  
Item in versu grēco ex o micron formato sigma  
& lege. Chrīston tīs gīs pantonte. non tīo gīs.  
C. iiij. semipag. j. in versu. Adonīco dele primū  
e in dictiōne Hyemenē .  
C. vi. semipag. ij. Et mea ne maneat .

E

E quarto semipag. j. pro Phœbe scribe Phœbe  
& semipag. ij. versu decimo tertio p noni noui  
versu decimo sexto Manta non Monta Item  
Pergama non Pargama .

E quīto semipag. j. scribe Quare Nessēas per-  
ge exaudire Camœnas. Et sexto semipag. ij.  
Sacchara per s. Si prēter hos errores alij fue-  
rint Candidus Lector facile illos suo Marte cor-  
riget .

HOMO HOMINI LVPVS.